

A  
4-395








185



~~17-a-y~~

~~S~~



~~A 3-266~~

344






QUARTA PARS (2)  
PHILOSOPHIÆ,  
SEU  
METAPHYSICA.

Auctore C. F. D'ABRA DE RACONIS,  
sacrae Theologiae Parisiensis Doctore  
Navarrico, Concionatore &  
Eleemosynario Regio.

Editio secunda correctâ & emendata.



PARISIIS,  
Sumptibus DIONYSII DE LA NOÛE, via  
Iacobæâ, sub signo Nominis IESV.

M. DC. XXII.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.



i 11826587



IN  
e  
li  
ru

PRÆ

PRÆ  
ET I


PRÆ

SECT.


SECT.  
SECT.

SECT.  
SECT.





INDEX PER ORDINEM  
eorum, quæ in hoc Metaphysicæ  
libello continentur: vbi nume-  
rus paginam indicat.

PRÆLVD. I.		<i>E nominibus Metaphy-</i>	
PRÆLVD. II.		<i>sica.</i>	pag. 2.
ET III.		<i>De existentia &amp; essen-</i>	
PRÆLVD. IV.		<i>tia Metaphysica.</i>	3
		<i>De affectionibus</i>	
		<i>Metaphysicæ.</i>	5
SECT. I.		<i>An Metaphysica sit speculativa vel</i>	
		<i>practica.</i>	5
SECT. II.		<i>De obiecto Metaphysica.</i>	5
SECT. III.		<i>Vtrum Metaphysica descendat vsque</i>	
		<i>ad speciales quasque entium rationes,</i>	
		<i>&amp; ad quas.</i>	11
SECT. IIII.		<i>De unitate Metaphysica.</i>	14
SECT. V.		<i>Vtrū Metaphysica debeat cuiilibet scien-</i>	
		<i>tia suum obiectum prescribere, &amp;</i>	
		<i>vbi opus fuerit, defendere.</i>	15
		<i>Tractatus primus Metaphysicæ.</i>	
		<i>De nomine &amp; varia acceptione</i>	
		<i>Entis.</i>	17



	Tractatus secundus, de existentia Entis, & iis quæ ad ipsam perti- nent.	18
	Disputatio prima de diuisionibus Entis.	18
SECT. I.	De illis in communi.	18
SECT. II.	De diuisionibus Entis speciatim.	19
QV. I.	De diuisionibus Entis in Ens reale & Ens rationis.	19
QV. II.	De diuisione Entis in Ens per se & Ens per accidens.	20
QV. III.	De diuisione Entis in finitum & infini- tum.	24
	Disputatio secunda, de principiis Entis.	29
SECT. I.	De illis in uniuersum.	29
QV. I.	De nomine & varia acceptione principij Entis.	ibid.
QV. II.	De existentia principiorum Entis.	30
Q. III. & IV.	De essentia & affectionibus principio- rum.	34
SECT. II.	De complexis Entis principiis.	35
QV. IV. & V.	De essentia & affectionibus complexo- rum principiorum.	39
SECT. III.	De incomplexis Entis principiis.	40
QV. I.	De essentia.	40
ART. I.	De nomine & varia acceptione essentia.	ibid.
ART. II.	De existentia essentia.	ibid.
AR. III. & IV.	De essentia & affectionibus essentia.	48
QV. II.	De existentia.	52

ART. I.  
ART. II.  
ART. IV.  
QV. III.  
AR. I. &  
ART. III.  
ART. IV.  
MEMB. I.  
MEMB. II.  
QV. IV.  
SECT. I. &  
SECT. III.  
QV. I.  
QV. II.  
ART. I.  
ART. II.  
SECT. IV.  
ART. I.



entia  
verti-  
18  
nibus  
18  
18  
19  
ale &  
19  
& Ens  
20  
infini-  
24  
cipiis  
29  
29  
incipi  
ibid.  
30  
cipio-  
34  
35  
plexo-  
39  
40  
40  
sentia.  
ibid.  
entia.  
52

ART. I. & II.	De eius nomine & existentia.	52
ART. III.	De essentia existentia.	53
ART. IV.	De affectionibus existentia.	55
QV. III.	De subsistentia.	56
AR. I. & II.	De nominibus & existentia substantia.	56
	56	
ART. III.	De essentia subsistentia.	57
ART. IV.	De affectionibus subsistentia.	59
MEMB. I.	Virum subsistentia & suppositum diuisibilia sint, vel indiuisibilia.	ibid.
MEMB. II.	De distinctione suppositi à natura singulari.	61
QV. IV.	De entitate.	63
Tractatus tertius, de essentia & conceptu Entis, vnica disputatione contentus.		
SECT. I. & II.	De nomine conceptus & existentia.	66
SECT. III.	De essentia conceptus Entis.	68
QV. I.	De formali Entis conceptu.	68
QV. II.	De obiectiuo Entis conceptu.	71
ART. I.	Virum sit ratione simpliciter vnus & precisus.	71
ART. II.	Vtrum conceptus Entis obiectiuus sit re ipsa precisus à suis inferioribus, seu ante mentis operam distinctus.	73
SECT. IV.	De affectionibus conceptus Entis.	76
Tractatus quartus & postremus, vnica disputatione contentus, de affectionibus & proprietatibus Entis.		
ART. I.	De proprietatibus Entis in vniversum.	79



QV. I. & II.	De nomine & existentia proprietatum Entis.	79
QV. III. & IV.	De essentia & affectionibus propieta- tum Entis.	82
SECT. II.	De proprietatibus Entis speciatim.	84
QV. I.	De simplicibus Entis proprietatibus.	ib.
ART. I.	De vno.	84
M. I. & II.	De nomine & existentia unitatis.	ibid.
MEMB. III.	De essentia unitatis.	ibid.
MEMB. IV.	De affectionibus unitatis.	89
	Breuis Appendix de vnitare singu- lari & numerica, seu principio indiuinationis.	89
ART. II.	De vero.	91
	Appendix de falso.	93
ART. III.	De Bono.	94
QV. II.	De complexis Entis proprietatibus.	95
ART. I.	De eodem & diuerso, potissimum de di- uersis distinctionum generibus.	95
ART. II.	De necessario & contingenti.	99
MEMB. I.	De necessario.	ibid.
MEMB. II.	De contingenti.	ibid.
ART. POST.	De actu & potentia.	100
MEMB. I.	De multiplici actu & potentia acc- ptione.	ibid.
MEMB. II.	De potentia agendi & patiendi.	101
MEMB. III.	De potentia indifferenti.	103
MEMB. VLT.	De potentia obedientiali.	ibid.
	Appendix generalis de partibus Entis.	104
SECT. I.	De substantia.	104

SECT. I.  
SECT. I.  
QV. I.  
QV. II.  
QV. III.  
  
QV. IV.  
SE. IV. 8  
QV. I. 8  
QV. III.  
Q. IV. 8



79	SECT. II.	<i>De accidente.</i>	106
82	SECT. III.	<i>De Angelis.</i>	108
84	QV. I.	<i>De nomine Angeli.</i>	ibid.
ib.	QV. II.	<i>De existentia Angelorum.</i>	ibid.
84	QV. III.	<i>De essentia Angelorum, an sint compo- siti ex materia &amp; forma.</i>	110
ibid.	QV. IV.	<i>De affectionibus Angelorum.</i>	113
ibid.	SE. IV. & P.	<i>De Ente infinito, seu Deo.</i>	123
89	QV. I. & II.	<i>De nomine &amp; existentia Dei.</i>	ibid.
	QV. III.	<i>De essentia Dei,</i>	124
	Q. IV. & PO.	<i>De veluti affectionibus &amp; proprietati- bus Dei.</i>	125

FINIS.





ME  
C



ctenus, h  
comprehe  
tamen cer  
meta, en st  
ma Metap  
iacentes &  
erigat: quic  
aduersanti  
palma? quò  
tingat, sed  
rum ingred  
mum ijs pr  
bulo arma,  
igitur vobi





SVBLIMIS ET ALTA  
METAPHYSICÆ  
CONTEMPLATIO.

PRÆFATIO.

**S**IC currite vt comprehendatis, inquit Apostolus. Currunt quidem omnes, sed non omnes brauium accipiunt, sed hi solum qui constanti & pertinaci labore totum stadium gloriosè conficiunt. Cucurristis hactenus, hodie quod summa cum lætitia & honore comprehendatis vobis proponitur: vos bonum certamen certauistis, en vobis brauium, en laborum meta, en studiorum fructus, en gloriæ vniuersæ palma Metaphysica. Quidni palma? quòd erecta, imò iacentes & oppressas inferiores disciplinas in pedes erigat: quidni palma? quòd vinci nescia, quæ omnes aduersantis inscitæ ictus conatusque vincit: quidni palma? quòd sublimis, quæ non ad cælos vsque pertingat, sed vltra cælum se euehens in sancta sanctorum ingrediatur: quidni tandem palma? quæ in præmium ijs proponitur, quibus in ipso sapientiæ vestibulo arma, bella, certamina proposita sunt. Hanc igitur vobis victoribus exhibeo, quâ vestra glorio-



sa capita redimire valeatis, sed prius nostro more præfandum est.

## PRÆLVDIA IN Metaphysicam.

### PRÆLVDIVM PRIMVM.

#### De Nominibus Metaphysicæ.

**H**Æc certè Philosophiæ pars cæteris omnibus longè nobilitate antistat, ideoque nihil mirum si varios honoris titulos consecuta sit.

Vnde vocatur imprimis per antonomasiam Philosophia simpliciter, & iure, cùm Regina sit omnium scientiarum naturalium, vrpote quæ illis omnia suppeditat, easque sui imperii finibus coërcet, stabiliendo prima ac communissima principia, quibus illæ velut firmissimis fundamentis innituntur.

Secundò nomine primæ Philosophiæ, vt clarissimo honoris titulo nuncupatur, & non immeritò, cùm de præstantissimis rebus, Deo nempe, & Angelis verba faciat.

Tertiò vocatur Theologia naturalis; Theologia quidem quòd ad ipsius Dei cognitionem assurgat, naturalis verò, quòd lumine tatum naturali vtatur, & ex creaturis, tanquam impressis diuinitatis vestigiis ad Dei cõtemplationem erigatur, in quo à sacra Theologia separatur, quæ diuino lumine, & supernaturali reuelatione fulta arcana Dei rimatur.

Quartò cùm in abstrusissimis rebus, & certè aliquo modo in omnibus entibus occupetur, ab Aristotele i. Metaph. c. 2. sapientiæ nomine donata est.

Tandem appellatur Metaphysica, id est post na-

turalis fo  
sequenti  
ordine;  
creaturis

PRÆ

**M** Et  
ci  
nitorum  
satis mane  
explicand

**M** Eta  
P  
est ac prop  
demonstra  
ræ ac prop  
stat ex libri  
tur, hæc est  
bonum, sed  
bona. Nam i  
pe substanti  
veritas & b  
dantur vera

**M** Etap  
etian  
Probatur  
tes, prima v



naturalis scientia, seu disciplina rerū res naturales consequentiū: Intellige nō dignitatis, sed acquisitionis ordinē; quia de Deo verba facit, qui naturaliter ex creaturis & effectibus naturalibus tantū innotescit.

PRÆLVDIVM SECVNDVM  
ET TERTIVM.

*De existentia & essentia.*

**M**etaphysicæ mysteria adire non meretur, qui eius existentiam inficiatur, cum eximiis infinitorum propemodum Philosophorum præconiis satis maneat confirmata. Pro eius essentia accuratē explicanda, sit

*Prima propositio.*

**M**etaphysica est vera & propria scientia. Probatum hac communi ratione: Illa vera est ac propria scientia, in qua sunt veræ & propriæ demonstrationes: atqui dantur in Metaphysica veræ ac propriæ demonstrationes, ergo &c, Maior constat ex libris de Demōstratione. Minor verò probatur, hæc est vera demōstratio, *omne ens est vnū, verum, bonum, sed substantia est ens, ergo substantia est vna, vera, bona.* Nam in hac demonstratione de subiecto, nempe substantia, demonstrantur proprietates, vnitas, veritas & bonitas, per causam, scilicet per ens, ergo dantur veræ demonstrationes in metaphysica.

*Secunda propositio.*

**M**etaphysica non est tantum scientia; sed etiam sapientia. Probatum: ad sapientiā hæc desiderantur conditiones, prima vt quantum fieri potest circa omnia ver-



## Praeludia

4  
setur: secunda ut in rebus abstrusioribus & à sensu remotioribus quantum fert naturæ conditio occupetur, siquidem ea cognoscere, quæ omnibus prævia sunt, ipsisque sensibus patent, nullo peculiari iure ad sapientes, sed ad quoscunque homines, etiam vulgares pertinet. Tertia ut sit evidens cognitio, quoniam sapientia eminens quædam scientia esse debet, quæ tamen nulla est, si certitudinem & eidentiam sustuleris. Quarta ut digna sit, quæ ratione sui expectatur, ita ut habeat certissima principia communissimaque quibus aliarum scientiarum fundamenta stabilire & corroborare queat: atqui omnes conditiones propriè conueniunt metaphysicæ: Imprimis enim aliquâ ratione versatur circa omnia, quatenus entis naturam, quæ singulis rebus communis est contemplatur. Secundò res à sensu remotissimas, Deum nempe & Angelos, communissimumque entis gradum considerat. Tertiò certitudine & eidentia cæteras disciplinas superat, illarumque præsidium est, ut progressus declarabit. Quartò sui gratia expectatur, ut statim dicemus. Denique innititur certissimis & vniuersalissimis principiis, ut quod res quæuis sit, vel non sit: de nullo vera sit affirmatio & negatio simul, quorum certitudinem & eidentiam nullus nisi proteruus sophista negare audeat, ergo metaphysica verè sapientia est.

Obijcies, vnus idemque habitus scientia & sapientia simul esse nequit, cum scientia & sapientia ab Aristotele constituantur distincti habitus: ergo duæ propositiones allatæ videntur sibi repugnare.

Respondeo ad antecedens, scientiam, ut etiam notauimus in moralibus, bifariam sumi posse: primò speciatim pro illa peculiari scientia, quæ versatur circa aliquod determinatum obiectum, per cætera princi-

pia: quæ  
nec prius  
sicam est  
cipitur  
& necesse  
uerfaliss  
habitus  
physica

P R

An

R Esp  
ptil  
uarum in  
cas discip  
Proba  
latiua, qu  
sed meta  
nullas op  
ste Aristo  
lis deficie  
solius inu  
lica verè s

S

I Nfinit  
cæ rece  
ijciemus,



*in Metaphysicam.*

5  
pia: quo sensu scientia ponitur à sapientia distincta, nec priori nostrâ propositione volumus metaphysicam esse scientiam eo modo sumptam; secundo accipitur communiter pro qualibet cognitione certa & necessaria rei per causam, siue altissimam & universalissimam, siue non, quo pacto scientia non est habitus à sapientia distinctus, defendimusque metaphysicam simul scientiam & sapientiam esse.

PRÆLVDIVM QVARTVM.

*De affectionibus Metaphysicæ.*

SECTIO PRIMA.

*An Metaphysica sit speculatiua vel practica.*

**R**espondeo esse speculatiuam, proboque receptissimâ illâ diuisione scientiarum speculatiuarum in physicam, metaphysicam, & mathematicas disciplinas.

Probatur secundo ratione. Illa est scientia speculatiua, quæ in sola veritatis meditatione conquiescit: sed metaphysica est omninò eiusmodi, tum quia nullas operis efficiendi regulas tradit, tum quia teste Aristotele & eius interpretibus, inuenta est nullis deficientibus ad vitam necessariis, proindeque solius inuestigandæ veritatis studio: ergo metaphysica verè speculatiua est.

SECTIO SECVNDA.

*De obiecto Metaphysicæ.*

**I**n finem esset sententias de obiecto metaphysicæ recensere, veritatem ipsam palam oculis subiiciemus, his propositionibus:



## Prima Propositio.

**S**olus Deus non est adæquatum metaphysicæ obiectum, est tamen principale.

Prior pars probatur, quia in metaphysica præter Deum multa alia pertractantur, ut intelligentiæ, & communes entium gradus.

Confirmatur Aristotelis autoritate, qui in primo libro metaphys. statutum metaphysicæ obiectum diuisit in decem vulgata prædicamenta, proindeque illa sub obiecto metaphysicæ, & non solum Deum constituit.

Posterior verò pars facilè etiam ostenditur: Deus non potest esse de obiecto metaphysicæ, nisi sit principale obiectum inter partialia, ut satis notum est: atqui Deus est de obiecto metaphysicæ, de illo enim ex instituto differit, ut progressus declarabit, indeque Theologia naturalis appellatur, ergo Deus est principale obiectum metaphysicæ.

Obijcies, illud tantum est de obiecto metaphysicæ, quod reponitur in vulgatis Categoriis, nam Aristoteles metaphysicæ obiectum in decem vulgata prædicamenta diuisit, sed Deus non constituitur in categoriis, ex dictis in Logica, ergo &c.

Distinguo maiorem: ea sunt tantum de obiecto metaphysicæ quæ constituuntur in vulgatis categoriis: directè vel reductiuè, concedo, directè tantum, nego. Ad minorem dicendum est Deum in categoriis constitui saltem reductiuè, tanquam principium & finem omnium entium, quæ continentur in categoriis, sicque conclusio neganda est.

## Secunda propositio.

**A**ngeli pertinent ad obiectum metaphysicæ; illi tamen cum Deo non faciunt adæquatum.

Prior  
atione  
secund  
bilia, e  
ad illiu  
Poste  
munes g  
ter meta  
exclue  
Deo, &  
dum tot  
Obije  
4. Tot  
duplex t  
terialis a  
duplex q  
material  
Deo & A  
loco cita  
mam phi  
ma subst  
Respo  
temur en  
material  
tamen d  
sunt, vel  
gui, qu  
cundum  
non item  
infra dic  
Secund  
physica c  
Obijci  
cta diuisi



Prior pars est euidens, Angeli participant abstractionem metaphysicæ propriam, nempe à materia secundum rem & rationem, suntque entia per se scibilia, ergo debent considerari à metaphysica, sicque ad illius rationem pertinere.

Posterior verò pars demonstratur, siquidem communes gradus substantiæ & accidentis habent pariter metaphysicæ abstractionem, ideoque non sunt excludendi à metaphysicæ obiecto, sed potius cum Deo, & Angelis coniungendi sunt, ad constituendum totale metaphysicæ obiectum.

Obijcies, secūdum Aristotelem 4. metaphys. cap. 4. Tot sunt philosophiæ partes, quot substantiæ: at duplex tantum est substantia, materialis vna, immaterialis altera: ergo duplex erit philosophiæ pars; duplexque scientia; altera quæ erit de substantia materiali, nempe physica; altera quæ de immateriali, Deo & Angelis differet, nempe metaphysica, quod loco citato concludit Aristoteles, aiens eam esse primam philosophiam seu metaphysicam, quæ de prima substantia, puta immateriali agit.

Respondeo concedendo totum argumentum, fatemur enim metaphysicam agere de substantiis immaterialibus vti physicam de materialibus, negamus tamen de illis solis agere, quæ duo longè diuersa sunt, vel dicas physicam in eo à metaphysica distinguui, quòd physica agat de substantia materiali secundum propriam rationem, metaphysica verò non item, sed duntaxat secundum communem, vt infra dicemus.

Secundò quod accidens non consideretur à metaphysica contra posteriorem propositionis partem.

Obijcies, Aristotelem 7. metaphys. textu 5. facta diuisione obiecti metaphysicæ in substantiam &



accidens hæc verba subiungere: *Quapropter maximè, & primum, & solum, ut ita dicam, de illo ente, seu substantia quidnam sit speculandum est: ergo inferes, accidens non est metaphysicæ considerationis.*

Neganda est consequentia, & dicendum Aristotelem loco in obiectione citato non excludere accidens à consideratione, & obiecto metaphysicæ, sed ei substantiam præferre, ut declarant verba illa, *ut ita dicam*, quæ ostendunt id tantum dici per exaggerationem, non quòd speculandum sit de substantia tantum, & non de accidente, sed quia substantia maximè obijcitur ipsi metaphysicæ, magisque propriè ad illam pertinet.

*Tertia propositio.*

**E**Ntia rationis non sunt de obiecto metaphysicæ, seu (quod in idem recidit) ens generalissimè sumptum, quatenus abstrahit ab ente rei, & rationis nõ est constituendũ metaphysicæ obiectum.

Probat, obiectum scientiæ debet habere aliquam rationem vnã & communem, cùm ab eius vnitate scientiæ vnitas desumatur: sed nulla potest assignari ratio vna communis enti rei & rationis, cùm imperfecta quadam analogia (ut dicetur infra) inter se conueniant: ergo ens ab ente rei & rationis abstractum non potest statui pro obiecto metaphysicæ.

Obijcies, scientia quæ aliqua inter se distinguit eadem contemplari debet, tanquam obiecta: sed metaphysica distinguit entia realia ab entibus rationis, ergo & entia rationis & entia realia, tanquam obiecta considerat.

Respondeo ad maiorem aliquid posse considerari in scientia dupliciter, primò per se & directè, quæ

do eius  
cundò p  
tum def  
priori q  
metaphy  
explicari  
sufficere  
ab entibu

**E**Ntia  
recte

Probat  
obiectum

bere debe  
vnã defin

re proprie  
ut sic, ne

tum aliqu  
rum vna r

sterius, qu  
tuitur obi

propria in  
potius est

cidens, ut  
quod est c

sub tali me  
Dixi, en

quatenus v  
ciali diver

poterit sta  
ctum, sic

economic



do eius cognitio per se in ipsa scientia expetitur; secundò propter aliud & indirectè, quando eius tantum desideratur notitia ad aliud cognoscendum, priori quidem modo non tractari entia rationis in metaphysica, sed tantum posteriori, ut scilicet illis explicatis magis innotescant entia realia, hocque sufficere ut metaphysica dicatur ipsa entia rationis ab entibus realibus secernere.

*Quarta propositio.*

**E**ntia per accidens, ut sic, non habent locum directè in obiecto metaphysicæ.

Probat, quod per se in aliqua scientia, tanquam obiectum, siue totale, siue parziale consideratur, habere debet rationem aliquam unam propter quam unâ definitione definiri possit: debet item participare proprietates ipsius scientiæ: sed ens per accidens ut sic, neutrum habet, non prius, quia est aggregatum aliquod ex multis naturis, iisque diuersis, quarum una tantum definitio esse nequit: non item posterius, quia cum vnitas sit proprietas entis quod statuitur obiectum metaphysicæ, illaque sit valdè impropria in ente per accidens, ut tale est, quoniam sic potius est multa, quàm unum non benè ens per accidens, ut sic videtur participare proprietates entis quod est obiectum metaphysicæ: ergo nullo iure subtili metaphysicæ obiecto collocari poterit.

Dixi, ens per accidens, ut sic, quia si consideretur quatenus vnitatem sortitur, non habita ratione speciali diuersarum partium, quibus componitur, tunc poterit statui metaphys. aut alterius scientiæ obiectum, sic respub. constituitur obiectum politicæ, economicæ familia, & sic de cæteris.



*Postrema propositio.*

**E**Ns abstractum à Deo & creaturis statuendum est adæquatum metaphysicæ obiectū. Hæc propositio est Aristotelis 4. metaphys. statim initio, Alberti Magni, D. Thomæ, Scoti, Alensis, & aliorum, estque velut corollarium ex præcedentibus, cū enim in illis probatum sit Deum, intelligentias, substantiam, & accidentia, per se tractari in hac scientia, nihilque præterea reiectis entibus rationis, & per accidens: solum hîc manet statuendum ens illud sic abstractum à Deo, & creaturis, esse legitimum, & adæquatum metaphysicæ obiectum.

Obijcies primò, si ens abstractum à Deo & creaturis statueretur metaphysicæ obiectum, daretur aliquid ipso Deo prius, nempe ens eiusmodi abstractum, quia sub eo contineretur Deus, tanquam sub obiecto totali: atqui Deo utpotè æterno nihil potest esse prius, ut quisque fateri debet, ergo &c.

Respondeo distinctione minoris, nihil potest esse prius Deo prioritate existendi, ita ut prius eo in rerum natura intelligatur existere, concedo: prioritate prædicandi, nego, quia nihil est absurdi, ut aliquid per intellectus operam à Deo abstractum, puta ens prius de ipso Deo prædicetur quàm Deus de quocumque alio enuntiari queat.

Obijcies secundò, metaphysicæ, quæ est omnium scientiarum naturalium nobilissima, nobilissimum debetur obiectum inter scientias naturales: sed ens sub illa generalitate non est nobilissimum, imò in perfectione minimum: ergo &c. Minor probatur: quod est maximè potentiale illud est in perfectione minimum, quia sic maximè capax est perfectionum quibus perficiatur, nec eas in se complectitur: sed

ens sub  
triale, qu  
intelligi

Resp  
physicæ  
contine  
cæteris  
quo pac  
continet

His on  
sica à no  
reale per  
le, forma  
materia r  
materia r

*Utrum M*

**Q**uo  
tem  
non desce  
tiones. I  
quarti me  
physicam  
culetur en  
nulla aute  
ens est tra  
tes, quod e  
Adde qu  
ca confur  
quasque er  
ne par ado



ens sub illa summa generalitate est maximè potentiale, quia maximè sese diffundere potest, vt ex se intelligitur, ergo &c.

Respondeo ad maiorem, ad nobilitatem metaphysicæ sufficere quòd sub obiecto suo adæquato contineatur aliquod nobilissimum obiectum præ cæteris obiectis aliarum scientiarum naturalium, quo pacto sub ente à Deo, & creaturis abstracto continetur Deus cæteris rebus infinitè nobilior.

His omnibus expositis manet obiectum metaphysicæ à nobis assignatum esse legitimum, nempe ens reale per se, vt ens est; ens quidem tanquam materiale, formale verò vt ens est, seu quatenus abstrahit à materia re, vel ratione. Quid sit autem abstrahere à materia re, vel ratione statim dicendum est.

### SECTIO TERTIA.

*Vtrum Metaphysica descendat vsque ad speciales quasque entium rationes, & ad quas.*

**Q**uod spectat ad priorem huius sectionis partem, communis sententia est metaphysicam non descendere ad speciales singulorum entium rationes. Docet Aristoteles statim in principio libri quarti metaphysicorum, in hoc distinguens metaphysicam à cæteris scientiis, quod metaphysica speculetur ens, in quantum ens, & quæ ei per se insunt, nulla autem cæterarum vniuersaliter de ente, prout ens est tractent, sed aliquam eius partem abscindentes, quod ei accidit, seu proprietates speculentur.

Adde quod omnes scientiæ cum vna metaphysica confunderentur, si ipsa metaphysica speciales quasque entium rationes specularetur, quod est planè paradoxum.



Obijcies hæc Aristotelis verba quæ habentur loco citato. *Sicut vnus est sensus vnus obiecti, & eorum quæ sub ipso continentur, ita vna erit scientia quæ speculabitur ens, in quantum ens, & species eius, & specierum species.* Ergo, inquires, Metaphysica descendit ad proprias singulorum entium rationes.

Neganda est consequentia, docet enim tantum Aristoteles loco in antecedenti citato, vnam esse in genere scientiam, quæ omnes entium rationes considerat, non tamen vnam specialem, nempe metaphysicam: nec comparatio Aristotelis in eo est, quod quemadmodum vnus specie visus omne visibile percipit, sic vna specie scientia, nempe metaphysica, omne scibile secundum peculiarem rationem consideret, sed in eo est, quod quemadmodum omne visibile potest attingi à visu, ita omne scibile à scientia, siue interim scientia diuidatur in varias species, siue non, sicut visus non diuiditur in visus species distinctos.

Rursus obijcies, idem intellectus versatur circa omnia entia intelligibilia: ergo & eadem metaphysica circa omnia scibilia.

Neganda est consequentia, toleranda enim hæc esset, sicut intellectus omnia percipit intelligibilia, ita scientia in communi omnia scibilia, non tamen metaphysica. Nec par est ratio de intellectu, & metaphysica, nam intellectus est facultas suprema ad omnia respiciens, ad omnia nata: metaphysica verò est specialis habitus ipsi intellectui adiunctus, vt in suis quibusdam operationibus iuuetur, non tamen in omnibus, alioquin nulla alia scientia, nulloque alio habitu indigeret, quod nemo vnquam sibi persuaserit.

Quod spectat ad posteriorem partem, ad quas

scilicet  
scendat.

Respon  
dunt sub

Ea aut

nem met

id est, n

cta, vt De

munes gr

materiali

Hinc

cundum

raphysica

ineft.

Sequitur

tia, item

necnon g

bilitatis,

peculiarit

quod om

bus mater

cer, vel

Nascitur

separata, a

eiusque ab

Respon

ctare de ip

iuncta, si

Probatu

rata, retin

initio libr

nec ration

ter immat

communis



scilicet speciales entium rationes metaphysica descendat.

Respondeo ad eas tantum descendere, quæ cadunt sub eius abstractionem.

Ea autem entia dicuntur cadere sub abstractionem metaphysicæ, quæ vel re abstrahunt à materia, id est, nunquam reperiuntur cum materia coniuncta, vt Deus, & Angeli: vel ratione tantum; vt communes gradus substantiæ, & accidentis, qui rebus materialibus, & immaterialibus sunt communes.

Hinc sequitur primò Deum, & intelligentias secundùm peculiare suas rationes considerari in metaphysica, vt potè quibus nulla planè materialitas inest.

Sequitur secundò communem rationem substantiæ, itemque accidentis, tam absoluti, quàm relatiui, necnon gradus causæ in genere causalitatis, effectibilitatis, imò speciatim causæ efficientis, & finalis, peculiariter etiam in hac sciētia explicari, propterea quòd omnes isti communes gradus non tantum rebus materialibus, sed etiam spiritualibus Deo scilicet, vel Angelis conueniunt, vt intuenti patebit.

Nascitur difficultas de anima rationali à corpore separata, an in tali statu pertineat ad metaphysicam, eiusque abstractionem participet.

Respondeo negatiuè, dico què ad physicam spectare de ipsa anima rationali, siuè cum corpore coniuncta, siuè à corpore separata differere.

Probat, anima rationalis, etiam à corpore separata, retinet semper ordinem ad corpus, vt diximus initio librorum de anima: ergo sic nec abstrahit re nec ratione à materia. Nō re, quia non est simpliciter immaterialis: nec etiam ratione, quia non est communis rebus materialibus, & immaterialibus,



ergo non pertinet ad Metaphysicam, sed potius ad  
Physicam, cuius est de toto corpore naturali, etiam  
animato, verba facere, proindeque & de illius par-  
tibus essentialibus, cuiusmodi est anima rationalis  
respectu corporis humani.

## SECTIO QUARTA

### *De unitate Metaphysicæ.*

**N**on est hinc quæstio de unitate numerica, cum  
enim metaphysica sicut & alia quævis scien-  
tia sit accidens, accidentia autem numero distin-  
guantur, quæ sunt in distinctis numero subiectis,  
haud dubiè unitas numerica ipsius metaphysicæ  
erit sumenda penes unitatem subiecti sui, puta in-  
tellectus, sicut distinctio numerica penes distinctio-  
nem intellectuum.

At tota controuersia est de specifica & generica,  
quænam metaphysicæ conueniat, seu an metaphy-  
sica sit vna scientia genere, vel specie.

Respondeo ex communiore, & veriori sententia  
esse vnam specie: ita Aristoteles, multis in locis, po-  
tissimum cap. 6. 4. metaphys. vbi semper de meta-  
physica, tanquam de vna specie scientia loquitur.

Fauet ratio, metaphysica habet vnam specialem  
rationem obiectum suum considerandi, nempe qua-  
tenus abstrahit à materia, vel re, vel ratione, ergo  
consentaneum est, vt secundum illam vnicam ratio-  
nem formalem, & abstractionem metaphysica vna  
specie constituatur.

Vtrum

P Rop  
ne. C

Posterior

sua obiect

plicatione

alia scient

metaphys

ma, ergo

tiarum ob

exsolutione

Obijcies

ad obiecta

tiâ opus est

staret offic

Negand

physica in

nium prim

iectum suu

digeat, sed

sunt genera

Obijcies

que scientia

cessitate de

abstractione

res quasdam

teria nullo

pugnat con

Negand



SECTIO QUINTA.

*Vtrum Metaphysica debeat cuiuslibet scientia suum  
obiectum praescribere, & ubi opus  
fuerit defendere.*

**P**ropositio est affirmatiua, probaturque ratione. Constat in doctrina Aristotelis primo libro Posteriorum, scientiam non probare, sed supponere sua obiecta: ergo cum aliquando obscura sint, & explicatione indigeant, illa explicatio erit ab aliqua alia scientia desumenda, à nulla autem alia quam à metaphysica, ut potestate suprema & vniuersalissima, ergo metaphysicæ est defendere aliarum scientiarum obiecta. Quo verò modo praescribat patebit ex solutionibus obiectionum.

Obijcies igitur primò, si Metaphysica aliis scientiis ad obiecta praescribenda inseruiret, aliquam aliã scientiam opus esset, quæ erga ipsam metaphysicã tale praestaret officium: hoc verò dici nequit, ergo, &c.

Neganda est consecutio maioris, nam cum metaphysica in ordine formarum naturalium sit omnium prima, in eo illas omnes superat, quòd ad obiectum suum demonstrandum nullam scientiam aliã indigeat, sed id ipsum per propria sua principia, quæ sunt generalissima, praestet.

Obijcies secundò, si metaphysica posset unicuique scientiæ obiectum praescribere, & postulante necessitate demonstrare, posset proprii sui obiecti, & abstractionis terminos praetergredi, quia ad peculiarires quasdam rationes quorundam obiectorum à materia nullo pacto abstrahentium descenderet, quod pugnat contra naturam scientiæ.

Neganda est consecutio, nam quamuis metaphy-



fica proprias & peculiare omnium entium rationes in particulari non spectet, non definit tamē aliis scientiis ad obiecta præscribenda inferuire, primò, quia generales diuisiones entis, quas tradit, ad id non parùm conferunt. Secundò quia terminos vniuersales, vniuersaliaque tradit principia, quibus illæ scientiæ obiecta sua ab aliis secernunt.

Denique quia saltem per accidens ad materialia ipsa, quatenus sunt membra ipsis immaterialibus opposita descendit, & retinendo quod suum est, aliis scientiis sua propria obiecta relinquit, quod sufficit, vt aliquâ ratione aliis scientiis obiecta præscribere censeatur.

Postremò obijcies, si metaphysica ad obiecta cæterarum scientiarum explicanda esset necessaria nulla ante illam comparari posset, atque adeò ante omnes alias esset explicanda, quod refragatur receptæ philosophorum consuetudini, ipsique Aristoteli, qui eam vocat metaphysicam seu postnaturalem.

Iterum neganda est consecutio, scientiæ enim aliæ possunt supponere sua principia, & obiecta, illaque relinquere metaphysicæ probanda, postquam ipsa fuerit suo loco, & ordine, scilicet post rerum naturalium disciplinam, explicata.

Quærunthic nonnulli, an & quomodo metaphysica prima principia confirmet ac defendat, sed alibi commodius, vbi agemus de principiis entis.

Cæterum non est omittenda hæc quæstio, vtrum ad metaphysicam pertineat sciendi instrumenta tradere, definitionem, diuisionem, & argumentum, an verò tantum ad Logicam.

Respondeo ad Logicam tantum pertinere, quæ ideo metaphysicæ præponitur ordine inuentionis, vt & metaphysicæ, & reliquis scientiis ipsa suppe-

ditur

ditur

Rog  
diuision  
illarum

Respo  
ipsa Di  
instrum

naturam  
lecticam

ca perfic  
essentiæ

ram non  
sentiæ ra

nus eius  
sciendi,

Hacten  
rem ipsa  
per more  
plicemus  
existenti  
partibus

T F

D

Q Vo  
din  
hic viden

Dicim  
ter posse

substantiu  
tiam, & co  
sitione Pe



ditet sciendi instrumenta.

Rogabis an sit tantum Dialecticæ definitiones, divisiones, & argumentationes contexere, an etiam illarum rationem, & naturam explicare.

Respondeo affirmatiuè, quî enim fieri posset, vt ipsa Dialectica varias regulas de illis conficiendis instrumentis præscriberet, nisi eorum rationem & naturam intelligeret? Negãdum tamen non est Dialecticam ipsam in suis officiis multum à Metaphysica perfici, quatenus ab illa habet, vt teneat quid sit essentiæ ratio, sine qua definitionis essentialis naturam non cognosceret, vtpotè quæ vulgò dicitur essentiæ ratio. Hoc tamen præpedire nequit quominus eiusdem sit Dialecticæ & tradere instrumenta sciendi, & illorum naturam explicare.

Haftenus in præludiis Metaphysicæ, nunc ad rem ipsam seriò regrediamur, & pro obseruato semper more quatuor de ente Metaphysicæ obiecto explicemus, nomen, variamque nominis acceptionem, existentiam, essentiam, & proprietates, nonnulla de partibus entis per modum appendicis tradituri.

TRACTATUS PRIMVS  
METAPHYSICÆ.

*De Nomine & varia acceptione Entis.*

**Q**uoniam entis, vt ens est, explicationem aggredimur, ne vocabuli ambiguitate laboremus, hic videndum quid entis nomine significetur.

Dicimus itaque contra Auicennam, ens dupliciter posse vsurpari, primò vt est participium verbi substantiui *sum*: quo sensu dicit actualem rei existentiam, & connotat tempus, verbi gratiã in hac propositione *Petrus est*, sensus est, Petrus existit. Secundo



modo sumitur ens & ipsum esse *nominaliter*, siue quatenus est aliquod nomen substantiuum, significans essentiam & naturam realem, quæ potuit existere, extitit, existit, poteritve existere: & hoc sensu maxime debet usurpari, quatenus Metaphysicæ statuitur objectum, & non priori quo significat actualem existentiam, à qua cuiuslibet scientiæ objectum debet abstrahere.

## TRACTATUS SECVNDVS.

*De existentia entis, & ijs quæ ad ipsam pertinent.*

**S**uppositâ entis existentia, quam nullus negabit, duo supersunt, quæ ad ipsam pertinent, primum de diuisionibus ipsius, secundum de principiis.

### DISPVATIO PRIMA.

*De diuisionibus entis.*

#### SECTIO PRIMA.

*De illis in communi.*

**E**ns vniuersalissimè sumptum diuiditur primò in ens reale, & ens rationis, sed de hac diuisione infra.

Secundò diuiditur ens reale in ens actu & ens potentiâ.

Ens actu si de creato agatur, est illud quod extra suas causas constitutum est, vt hæc cathedra: ens vero potestate appellatur, quod nullam habet existentiam, manet tamen in potestate causarum vt actu producat, vt antichristus.

Tertiò diuiditur ens reale in ens per se, & ens per accidens, de quibus infra.



Quartò diuiditur ens reale in ens finitum, quale est omnis creatura, & ens infinitum, quale est solus Deus; reliquæ diuisiones, & subdivisiones partim habentur in Logica, partim habebuntur infra.

SECTIO SECVNDA.

*De diuisionibus entis speciatim.*

QVÆSTIO PRIMA.

*De diuisione entis in ens reale & ens rationis.*

**Q**uæstio est, qualis sit ista diuisio, an synonyma, an analogica, an æquiuoca? Sit

*Prima propositio.*

**H**æc diuisio non est synonyma, seu ens reale, & ens rationis synonymè non conueniunt.

Probat, nullus potest assignari conceptus verè vnus respectu entis realis, & rationis, cum esse à quo ens reale dictum est, non nisi valdè improprie, & cum addito entibus rationis conueniat, ut potè quæ nullum aliud esse habent quàm obiectiuum in mente, & denominatiuum, vel priuatiuum in rebus, ergo non conueniunt synonymè.

*Secunda propositio.*

**E**ns rationis cum entibus realibus proprie analogicè non conuenit.

Probat, quia non nisi imperfectè ens rationis cum ente reali conuenit, & quemadmodum homo pictus non nisi valdè improprie analogiè homo dicitur, & cum vero homine conuenit, ita etiam ens rationis cum idè tantum ens dicatur, quod ita ab intellectu concipiatur, non nisi improprie



analogiâ cum ente reali conueniet.

*Tertia propositio.*

**E**Ns rationis non purè æquiucè cum ente reali conuenit.

Probat, ens rationis aliquâ proportionè respōdet enti reali, sicut enim ens reale habet per suum esse, vt dicatur in rerum natura existere, & à nihilo distinguatur: ita ens rationis habet vt dicatur esse in mente, vel in rebus denominatiuè, aut priuatiuè, quod pariter esse est distinctum à nihilo, ergo non solo nomine ens reale, & ens rationis conueniunt, proindèque non purè æquiucè.

*Quarta propositio.*

**E**Ns rationis saltem imperfectâ analogiâ cum ente reali conuenit. Hæc propositio sequitur euidenter ex præcedentibus, vltiusque

Probat ex Aristotele 4. Metaph. in limine, vbi analogiam entis declarat in ordine ad negationes, & priuationes, quæ sub ente rationis continentur, vt omnes agnoscunt.

Confirmatur, illa saltem analogicè conuenire debent imperfecta analogia, quorum eadem sunt proprietates & affectiones, sed entis realis & rationis eadem sunt proprietates, puta esse intelligibile, imaginabile, volibile, & sic de cæteris, ergo saltem imperfectâ analogiâ conueniunt.

QVÆSTIO SECVNDA

*De diuisione entis in ens per se, & ens per accidens.*

**M**ulta passim de ente per se, & ente per accidens dicta sunt, quia tamen nullibi ex pro-

fesso de il  
loco præ

Quod  
piendum

sed tantur

diuersis na

et si compo

sele habeat

nem actus

ræ, quod

forma, tam

positum p

Vnde in

plex, alter

quod null

cam, ex m

actu, & p

Deus: aut

compositio

tamen con

potentia, d

in Logica e

Compo

pè quod ex

& actu con

Porrò al

nem vnitat

tibus integ

quæ plurib

bus constar

tio locum h

in homoge

tionis q

magnitudin



fesso de illis actum fuit, eorum explicationem hoc loco prætermittere non possumus.

Quod attinet ad ens per se, illud hic non est accipiendum pro ut opponitur cuilibet enti composito, sed tantum quatenus opponitur enti composito ex diuersis naturis, siquidem ens non desinit esse per se, etsi compositionem partium admittat, modo illæ ita sese habeant ut vna rationem potentia, altera rationem actus sibi vendicet, sicut est compositum naturale, quod ex materia, tamquam ex potentia, & ex forma, tamquam ex actu coalescit, vocaturque compositum per se vnum.

Vnde intelligis duplex esse ens per se, vnum simplex, alterum compositum: simplex aut simpliciter quod nullam habet compositionem, neque Physicam, ex materia & forma, neque Metaphysicam, ex actu, & potentia, genere & differentia, ut solus Deus: aut secundum quid, ut Angelus qui caret compositione Physica, ex materia & forma, habet tamen compositionem Metaphysicam ex actu & potentia, differentia & genere, ut cap. de substantia in Logica dictum est.

Compositum per se iam assignatū est illud, nempe quod ex materia & forma, tamquam ex potentia & actu componitur.

Porro alia est compositio, quæ non tollit rationem unitatis per se, diciturque compositio ex partibus integrantibus, qualis reperitur in quantitate, quæ pluribus, imò infinitis partibus proportionalibus constat, ex supra dictis: hæc quoque compositio locum habet in substantiis materialibus, primò in homogeneis, ut in igne, aqua, & terra ratione extensionis quantitatiuæ: nam licet ingentem ignis magnitudinem accipias, si modò nulla intersit





discontinuitas & discretio, ille ignis diceretur vnus per se, alioquin nulla homogenea substantia esset per se vna, quia nulla est, quæ ex infinitis partibus proportionalibus non sit conflata, quod tamen absurdum est.

Magis dubitatur de heterogeneis, & ratio dubitandi est, quia partes illæ quibus coalescunt non ita videntur inter se cōnexæ, & quibusdam vinculis colligatæ, quod sanè alienum est ab vnitare per se.

Tamen asserendum est ex ipsis etiam partibus heterogeneis componi vnã per se substantiam: nemo enim dicit hominem non esse aliquid per se vnum, licet ex partibus istis heterogeneis componatur, cum illæ omnes sint eiusdem rationis essentialis, & tantum accidentariò differant, & præterea ad totius bonum conspirent.

Quod spectat ad ens per accidens, notandum est primò illud duobus modis posse accipi, scilicet vel in ratione entis, vel in ratione effectus (& idem de ente per se pariter dici potuit: ) Ens per accidens in ratione entis est illud, quod componitur ex partibus diuersæ rationis, quarum vna non habeat rationem potentia, altera rationem actus, vt exercitus. Ens verò per accidens in ratione effectus est illud quod præter intentionem agentis casu & fortuito contingit, vt inuentio thesauri à fodiente terram: sed de ente per accidens in hac posteriori acceptione actum est secundo libro Physicorum.

Notandum secundò ens per accidens in ratione entis contingere trifariam; primò quando subiectum de accidente prædicatur, vt *quadratum est ferreum*: secundò quando accidens prædicatur de subiecto, vt *homo est albus*: tertiò denique quando accidens de accidente enuntiatur, vt *album est*

*dulce, n*

Nota

gis & m

res absq

di est cu

sunt in c

ficam v

aliquid

tur, in qu

neris, pu

Primi

uentur a

& in vni

mè prop

entia per

la, quæ

Quæst

niant en

Quico

synonym

synonym

conueni

responde

nonymo

ueniunt

pè in ent

Objeci

nequit co

poterit e

per accid

ueniunt,

Respo

lis vniuer

per accid



*Dulce, nigrum est amarum, &c.*

Notandū tertio entia per accidens suscipere magis & minus, sunt enim aliqua in quibus multæ partes absque vnione & ordine congeruntur, cuiusmodi est cumulus tritici, vel aceruus lapidum: alia verò sunt in quibus multæ quidē reperiuntur partes physicam vnionem non habentes, ordinem tamen ad aliquid dicentes, vt est exercitus: alia demum dantur, in quibus reperitur vnio partium, sed diuersi generis, puta substantiæ & accidentis, vt album.

Primi generis entia per accidens maximè remouentur ab entibus per se cū deficient & in ordine, & in vnione partium eiusdem generis, & ita maximè propriè dicuntur entia per accidens: sequuntur entia per accidens secundi generis, postrema sunt illa, quæ sub tertio genere constituuntur.

Quæstio hoc loco proponitur quomodo conueniant entia per se, & entia per accidens.

Quicquid alii existiment, respondeo conuenire synonymè communi nostrâ ratione: Illa cōueniunt synonymè, quæ in aliquo sibi essentiali & cōmuni conueniunt, quia tunc nomen & rationem nomini respondentem participant, quæ est propria ratio synonymorum, sed ens per se, & ens per accidens conueniunt in aliquo sibi communi & essentiali, nempe in ente reali, ergo &c.

Obijcies, ratio entis est vna, vel multiplex: si vna nequit conuenire enti per accidens, si multiplex non poterit enti per se competere, ergo ens per se, & ens per accidens in nullo communi sibi essentiali conueniunt, proindeque non synonymè.

Respondeo ad antecedens, rationem entis realis vniuersalissimè sumpti prout in ens per se, & ens per accidens diuiditur, abstrahere ab vnitare, vel



multiplicitate, id est non in eo consistere, vt sit vna vnitate simplici, vel multiplex, & tantum vna per aggregationem, sed illud fieri per contractionem ad sua inferiora, scilicet ad ens per se, & ens per accidens, quod non tollit synonyma inter ens per se, & ens per accidens.

Instabis vnum conuerti cum ente, ergo ens non abstrahere ab vno & multiplici, seu vno per se & per accidens.

Respondeo, antecedens verum esse seruatâ proportionem inter ens & vnum, ita vt vnum vnitate simplici conuertatur cum ente simplici, seu per se, vnum autem vnitate per aggregationem cum ente per accidens & aggregationem: ens autem abstrahi per rationem sui consideratione eiusmodi proprietatis reciproca, scilicet vnitatis quod non est vlllo pacto incommodum.

De diuisione entis in ens actu, & ens potentiâ nihil dicimus, quædam dicturi postea tractatu 4. vbi agemus de actu & potentia.

### QVÆSTIO TERTIA.

*De diuisione entis in finitum, & infinitum.*

**R**ogabis, an hæc diuisio legitima sit, & adæquata.

Respondeo affirmatiuè, proboque: Illa est legitima & adæquata diuisio, quæ ita fit in opposita membra, vt illa simul sumpta adæquent totum ipsum diuisum: at hæc diuisio quam tractamus in eiusmodi membra fit, finitum nempe, & infinitum inter se opponuntur, & totam entis latitudinem adæquant, nullum enim est ens, quod non sit finitum vel infinitum, ergo hæc diuisio est legitima & adæquata.

Nota  
gnari, qu  
ens ab al  
esse ab al  
tre sit, &  
nunt tan  
est à se, q  
sa, sed du

Secun  
& increa

Tertia

Quarta

solus, &

nes creat

Ultima

habens p

sue meta

tentiale,

materiam

tantum,

Obiic

nem in fi

tantum p

ret quan

aliquod

tum.

Resp. a

proprietat

virtutis,

quantita

ego impleo

quomod

Secun

infinitas



Notandum verò est plures diuisiones entis assignari, quæ huic æquiualeant, prima est in ens à se, & ens ab alio, in qua diuisione esse ab alio significat esse ab alio, tanquam à causa, licet enim filius à Patre sit, & Spiritus sanctus à Patre & Filio, non desinunt tamen contineri sub illo membro entis quod est à se, quia nempe ab alio non sunt tanquam à causa, sed duntaxat tanquam à principio.

Secunda diuisio assignari potest in ens creatum, & increatum,

Tertia in necessarium & contingens.

Quarta in ens per essentiam, quale est Deus isque solus, & ens per participationem, quales sunt omnes creaturæ.

Vltima in ens quod est purissimus actus nullam habens potentiam, siue physicam, puta materiam, siue metaphysicam, puta genus: & ens quod est potentiale, seu habet potentiam, vel physicam, nempe materiam, vt corpora naturalia, vel metaphysicam tantum, scilicet genus, vt Angeli.

Obiicies primò contra assignatam entis diuisionem in finitum & infinitum: finitas & infinitas sunt tantum proprietates quantitatis: ergo Deo, qui caret quantitate, conuenire non possunt, sicque datur aliquod ens, quod neque est finitum, neque infinitum.

Resp. ad antecedens, finitatem & infinitatem esse proprietates quantitatis non molis tantum, sed etiã virtutis, proindeque cum Deus sit quantus saltem quantitate virtutis, vt ipse testatur, *Cælum & terram ego impleo*, ipsi infinitatem virtutis competere posse, quomodo in hac diuisione sumimus.

Secundò contra hanc diuisionem obiicies, vel infinitas, quæ Deo tribuitur sumitur priuatiuè, vel



quæ Deo tribuitur sumitur priuatiuè, vel negatiuè; si priuatiuè, cum priuatio sit carentia formæ in subiecto capaci, Deus erit capax finitæ perfectionis, quod est absurdum: si negatiuè, pro eo quod non habet finitam magnitudinem, hoc pacto quodlibet indiuisibile erit infinitum, & sic plura erunt infinita, quod pariter absurdum est, ergo non videtur infinitas posse Deo conuenire.

Respondeo ad antecedens, infinitatem Dei sumi negatiuè, scilicet pro eo quod non habet finitam perfectionem & magnitudinē: Ad incommo- dum, quod inde deducitur, dico indiuisibilia in quantitate fore quidem infinita in quantitate molis, non autem in quãtitate virtutis, de qua agimus, & in qua tantum dicimus vnicum esse infinitum.

Tertiò obiicies, relationes diuinæ nec sunt finitæ, nec infinitæ: non finitæ, quia cum illæ sint in Deo, imò Deus ipse diceretur aliquid finitū, quod Christianas aures offendit: nec etiam infinitæ, quia cum infinitum non possit multiplicari, non esset in Deo multiplex relatio, quod est hæreticum: ergo relationes illæ erunt alterius ordinis à finito & infinito, proindeque aliquod erit medium inter finitum & infinitum, ergo diuisio non erit legitima.

Respondeo ad antecedens, relationes diuinas verè esse infinitas, cum diuinam & infinitam essentiam includant, non tamen propterea multiplicari infinitatem, quia cum talis infinitatis radix sit essentia Dei, quæ vna est, non potest esse nisi vnum infinitum, sicut licet quælibet persona diuinitatem includat, non tamen propterea multiplicatur diuinitas, sed vna manet in tribus personis.

Rogare etiam aliquis hic posset quo pacto ens finitum & infinitum inter se conueniant, an æqui-

uocet

Sed

contra

non ta

&amp; crea

Vni

tra vni

rum, se

mus &amp;

ratione

possum

creatur

re: ergo

reciper

tem ad

Dei, cu

possum

litudin

Con

rem pro

modum

periori

illa sua

vt pate

effectus

tam vir

notum

substan

cè conu

Dei, nec

desinere

entis sin

Instab

dissimile



uocè tantum, an analogicè, an verò synonymè.

Sed tota quæstio in Logica soluta est, & ostensum contra D. Thomam, & sectatores ens esse vniuocū, non tantum respectu entis finiti & infiniti, seu Dei & creaturarum, sed etiam substantiæ & accidentis.

Vnicam D. Thomæ omisimus obiectionem contra vniuocationem entis respectu Dei, & creaturarum, seu entis finiti & infiniti, hanc nunc proferamus & soluamus: Illud non est vniuocum comparatione Dei, & creaturarum in quo creaturæ non possunt cum Deo similitudinem habere, sed in ente creaturæ nequeunt cum Deo similitudinem habere: ergo, &c. Probatur minor, effectus ille nequit recipere similitudinem cum sua causa, cuius virtutem adæquare non potest: sed creaturæ sunt effectus Dei, cuius tamen virtutem adæquare nullo modo possunt, ergo non possunt creaturæ cum Deo similitudinem in ente recipere.

Concessâ maiori minor neganda est, ad maiorem probationis dicendum est nullum esse incommodum, quod effectus aliquis in aliquo gradu superiori habeat similitudinē, eamque vniuocā cum illa sua causa, cuius virtutem adæquare nō potest, vt patet in auro, argento, & alijs metallis, quæ sunt effectus solis, quorum certè effectuum nullus totam virtutem ipsius solis adæquare potest, vt per se notum est, & tamen non desinit cum sole in gradu substantiæ finitæ similitudinem recipere, ac vniuocè conuenire, proindeq; licet creaturæ sint effectus Dei, nec tamen eius virtutē adæquent, eas tamē non desinere cū ipso Deo in aliquo superiori gradu, puta entis similitudinē recipere, & synonymè cōuenire.

Instabis, creaturas etiam in ratione entis esse Deo dissimiles, ergo non conuenire synonymè. Probatur



antecedens, si creaturæ à Deo dependeant, non tantum vt sunt creaturæ, sed etiam vt entia sunt re vera in ratione entis ipsæ creaturæ erunt Deo dissimiles: atqui non tantum vt creaturæ sunt, sed etiam vt entia sunt dependent à Deo, spectat enim ad Dei perfectionem, vt omnibus modis creaturæ ab ipso dependeant, ergo etiam in ratione entis creaturæ sunt Deo dissimiles.

Negandum est antecedens, & maiori probationis concessâ minor neganda est, scilicet creaturas etiam vt entia sunt, seu secundum rationem entis, à Deo dependere. Negati hæc est euidens ratio: si creaturæ, vt entia sunt, seu secundum communem rationem entis à Deo dependent, dependentia illa à Deo esset de ratione entis vt ens est, nam quod conuenit creaturis vt entia sunt, debet esse de ratione entis vt ens est, sicut quod conuenit homini quatenus animal est, nempe esse viuens sensibile, debet esse de ratione animalis: atqui dependentia illa à Deo nequit esse de ratione entis, vt ens est, ergo creaturæ vt entia sunt non possunt à Deo dependere. Minor ostenditur: si dependentia illa à Deo esset de ratione entis, vt ens est, vbicumque reperiretur ratio essentialis entis, ibi quoque reperiretur illa dependentia à Deo, sed consequens manifestè falsum, nam ratio essentialis entis reperitur in Deo, quia Deus est essentialiter, & tamen nemo dicet Deum à seipso dependere, ergo dependentia illa à Deo nequit esse de ratione entis vt ens est.

Urgebis vltra, incommodum videri vt admittatur aliqua ratio realis creaturis, quæ non dependeat à Deo.

Respondeo incommodum illud re vera esse, si à parte rei talis ratio in creatura reperiatur, secundum

quam  
lum e  
tellect  
hentis

D

D

M

dendu  
alterur  
terum  
nexio:  
cundu  
ri natu  
men re  
nulla in  
logi, p  
alio tu  
quia ab  
illa con  
ginis v  
Spiritu  
gitandi  
et si hic  
ctus, qu  
ne volu



quam non dependeat à Deo, absurdum tamen nullum esse, si illa ratio exurgat tantum operatione intellectus ens à dependenti & independenti abstractis in proposito.

## DISPUTATIO SECVNDA.

*De principijs entis.*

## SECTIO PRIMA.

*De illis in uniuersum.*

## QVÆSTIO PRIMA.

*De nomine & varia acceptione principij entis.*

**M**ulta iam in Physica tradidimus de nomine, & varia acceptione principii, hic tantum addendum ad rationem principii duo esse necessaria, alterum vt sit prius eo cuius dicitur principium, alterum vt inter ipsum & principiatum aliqua sit connexio: primum indicatur ipso nomine principii, secundum patet experientia, quæ habet hominem heri natum licet priorem homine hodie nato, eius tamen respectu non dici principium, quia inter illos nulla intercedit cõnexio, quod etiam docent Theologi, primâ parte affirmantes filium diuinum non alio titulo esse principium Spiritus sancti, quàm quia ab illo procedit ipse Spiritus sanctus, ita vt sola illa connexio, quæ reperitur inter eos ratione originis vnus ab alio, sit ratio cur filius sit principium Spiritus sancti, quanquam tamen nostro modo cogitandi filius semper esset prior ipso Spiritu sancto, etsi hic ab illo non procederet, sicut actio intellectus, quâ generatur filius, cogitatur esse prior actione voluntatis, quâ procedit Spiritus sanctus.



## QVÆSTIO SECVNDA.

*De existentia principiorum entis.*

**D**Vplex in vniuersum est principium, rei scilicet & cognitionis. Rursusque principium rei duplex, alterum rei in fieri, alterum rei in facto esse: sub principio rei in fieri continentur omnia principia, vel rerum successiuarum, vt sunt motus, & tempus, vel operationum, quæ numquam habent esse in facto, sed in fieri. Sub principio verò rei in facto esse continentur quælibet principia rerum, quæ suum esse habent in facto esse, vt homo, lapis.

Præterea principium rei, vel est externum, vt efficiens, finis, & exemplar, vel internum, illudque duplex, physicū & metaphysicum. Prius iterū duplex, materia, & forma: posterius multiplex, genus & differētia, actus & potentia, essentia & existētia.

Quod spectat ad principium cognitionis docet Aristoteles secundi Elen. cap. vltimo ad illud reuocari demonstrationes, & suppositiones, estque duplex, alterum incomplexum, cuius generis sunt rei effectus, operationes, proprietates & accidentia, quæ ducunt in cognitionem alicuius causæ & essentiæ: alterum complexum, cuiusmodi sunt axiomata & propositiones vniuersales, vt de quocunque vera est affirmatio vel negatio, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanebunt erunt æqualia &c. His positis, sit

*Prima propositio.*

**E**Ns respectu Dei & creaturarum habet cognitionis principia, tam complexa, quàm incomplexa. Probat: ens respectu Dei & creaturarum ea

habet,  
& creat  
hic dil  
cogniti  
Deo, &  
Proba  
ille tā à  
clarum  
cipia, n  
ta, sed in  
Proba  
quidem  
esse, ex  
demonst  
immortal  
simplici  
ita subor  
gratia ca  
ret ab im  
est sempe  
tinere ne  
cipium c  
ergo dāt  
Eidem  
aliud sun  
quodlibet  
habere, &  
uire nemo  
Obiicie  
cipium, c  
vel nō en  
per illud  
rius non p  
go entis in



habet, vel non habet principia, quæ simul in Deo, & creaturis reperiuntur, vel non reperiuntur (quod hic diligenter obseruandum est: ) atqui principia cognitionis, tam complexa quàm incomplexa in Deo, & creaturis locum habent: ergo &c.

Probatur minor quantum ad creaturas, cùm enim illè tã à priori, quàm à posteriori demõstrari soleat, clarum est in illis admittèda esse cognitionis principia, non modò cõplexa, seu generalia pronuntia- ta, sed incomplexa, effectus nempe, & proprietates.

Probatur etiam eadem minor de Deo, & primò quidem illi incomplexa cognitionis principia in- esse, ex eo sic concluditur, vnum Dei attributum demonstratur per aliud, verbi gratia æternitas per immutabilitatem, immutabilitas per omnimodam simplicitatem, & sic de cæt. quæ quidem attributa ita subordinantur inter se, vt si æternitas Dei, verbi gratia causam aliquam haberet, aliam non postula- ret ab immutabilitate, quod enim immutabile est, est semper, proindeque æternam durationem ob- tinere necesse est, ergo vnũ attributũ Dei est prin- cipium cognitionis incomplexũ respectu alterius, ergo datur in Deo principia incõplexa cognitionis.

Eidem conuenire complexa patet, quia illa nihil aliud sunt, quàm generalia quædam axiomata, vt *quodlibet est, vel non est*, & similia quæ in Deo locum habere, & ad demonstranda diuina attributa in ser- uire nemo nescit.

Obiicies, si ens in vniuersum habeat aliquod prin- cipium, quodcunque tandem illud sit, vel erit ens, vel nõ ens: si prius, vnũ erit sui ipsius principium, quia per illud debet omne ens demonstrari: si poste- rius non poterit esse principium cognitionis entis: er- go entis in cõmuni nullũ est cognitionis principium.



Respondeo ad antecedens, principium cognitionis entis fore ens, quatenus inseruit ad intelligentiam alterius entis, vel suiipsius, per accidens in quantum continetur sub ente in communi, cuius dicitur esse cognitionis principium, quo etiam modo singulare dicitur suiipsius principium per accidens, in quantum est id quod deducit in notitiam vniuersalis, & consequenter suiipsius quatenus sub illo vniuersali continetur.

*Secunda propositio.*

**E**Ns respectu Dei & creaturarum non habet principia rei, nec externa, quæ sunt finis, efficiens, & exemplar, nec interna Physica; nempe materiam, & formam: quod verò habeat interna Metaphysica, vel non habeat, problematicum est, & ad libitum defenditur.

Hæc propositio quantum ad duas priores partes facile probatur, si ens commune Deo & rebus creatis haberet prædicta rei principia, illa pariter essent tam in Deo, quàm in creaturis, cum *illud omne quod competit enti, quatenus est ens, conueniat omni enti sub illo contento*: atqui Deus huiusmodi vacat principiis, ut satis apparet, neque enim finalem causam, neque efficientem, neque materiam, neque formam habere potest, ergo &c.

Postrema verò pars declaratur, primumque proponitur sententia constituens in Deo interna rei principia, quæ huic fundamento innititur, essentia & existentia sunt vera rei principia Metaphysica, sed illa verè & propriè in Deo locum habent, pariterque in Deo & creaturis, ut omnes fatètur, ergo tàm in Deo, quàm in creaturis datur interna rei principia Metaph. proindeque in ente communi Deo, & creaturis

& crea  
Ver  
maior  
ra rei p  
maliter  
Deo, cu  
cum sua  
posterio  
tentia r  
quæ rep  
sufficere  
ctionis  
quod in  
multis i

**E**Ns  
rei,  
non tam  
Probat  
creatum  
demque  
externa  
externa r  
Secund  
nere & d  
formalite  
atqui illa  
creatæ ha  
Tertia c  
cōstant m  
ente creat  
habet inte  
deniat que



& creaturis admittenda sunt.

Verum pro contraria sententia respondebis ad maiorem, essentiam & existentiam esse tantum vera rei principia in iis in quibus distinguuntur formaliter, & ex natura rei: quomodo non sunt in Deo, cuius essentia est idem realiter & ex natura rei cum sua existentia, quæ responsio est fundamentum posterioris sententiæ, vnde ad eam pro priori sententia respondendum est virtualem distinctionem, quæ reperitur inter essentiam & existentiam in Deo sufficere, vt dicantur principia, quia huius distinctionis vis & efficacia talis est, vt in Deo præstet, quod in rebus creatis facit actualis distinctio, vt multis in locis docent Theologi.

*Tertia propositio.*

**E**Ns respectu rerum creatarum habet principia rei, tam externa quam interna Metaphysica, non tamen Physica.

Probatum propositio quoad priorem partem, ens creatum habet Deum pro principio effectiuo, eundemque pro causa finali, sed illa sunt principia rei externa: ergo ens respectu rerum creatarum habet externa rei principia.

Secunda pars declaratur, res creatæ constant genere & differentiâ, essentiâ & existentiâ, quæ in illis formaliter differunt, vt modus & res modificata, atqui illa sunt principia interna Metaph. ergo res creatæ habent interna principia Metaph.

Tertia denique pars ostenditur: intelligentiæ non constant materiâ & formâ, & tamen continentur sub ente creato: ergo ens commune rebus creatis non habet interna principia Physica, cum nihil enti cõueniat quod nõ cõpetat omnibus eius inferioribus.



Obiicies contra secundam partem propositionis huius, si omne ens creatum constet essentia & existentia ut dictum est, cum essentia & existentia sint entia creata, his duobus principiis constare debebunt, essentia, scilicet, & existentia: idem de secunda illa essentia & existentia dicendum erit, & ita in infinitum procedendum, quod a vera Philosophia alienum est.

Neganda est consequutio, cum enim dicitur omne ens habere principia interna, essentiam scilicet & existentiam, id intelligendum de ente creato, & existente, & concreto, quo pacto essentiam & existentiam complectitur, non autem de essentia & existentia separatim sumptis.

### QVÆSTIO TERTIA ET QVARTA.

*De essentia & affectionibus principiorum.*

**E**ssentia principiorum variis modis explicatur, Primò sic, *principium est id, unde aliquid est.* Secundò à D. Thoma 1. parte q. 33. art. 1. *Id à quo aliquid procedit quocumque modo: tertio & communiter, principium est id, unde aliquid aut fit, aut cognoscitur.*

Ponitur *aut fit*, propter rei principia, ex quibus res fiunt.

Additur, *aut cognoscitur*, propter cognitionis principia, quæ sunt media ad illustrationem veritatis.

Principiorum affectiones partim manent ex dictis explicatae, partim innotescunt inferius, ubi de singulis principiis tam complexis, quam incomplexis differetur.

**P**Rin  
tur,  
mata, se  
scientiis  
autem su  
à toto o  
esse, & no  
bonum: al  
rum obie  
subsistens  
&c.

Quod  
pia facile  
tia, pro  
nem con  
qua comp  
ma, quia  
petua reso  
lio, que in  
est incom

Difficu  
nam illud  
missimum

Prima a  
simum esse  
eius verita

Sed hæ  
ruinosum  
sunt necess  
simum pri



SECTIO SECVNDA.

De complexis entis principijs.

**P** Rincipia complexa, quæ & cognitionis vocantur, ex iam dictis nihil sunt aliud, quam axiomata, seu propositiones generales, quæ, sicut in aliis scientiis, ita & in Metaphysica locum habent. Illa autem sunt in duplici differentia, alia generalissima à toto obiecto petita, vt hæc, *impossibile est idem simul esse, & non esse: & quicquid habet esse est unum, verum, bonum*: alia sunt minus communia, & ex aliqua tantum obiecti parte desumpta, vt: *Substantia est ens per se subsistens, causa est principium per se influens esse in aliud,* &c.

Quod autem dentur in metaph. eiusmodi principia facile probatur: metaphysica, sicut cæteræ scientiæ, procedit per demonstrationem, & resolutionem conclusionum in principia, ergo postulat aliqua complexa principia, eaque generalissima & prima, quia aliàs fieret conclusionum in principia perpetua resolutio, neque vlla posset assignari conclusio, quæ in vltiorem non resolveretur, quod tamen est incommodum.

Difficultas quædam, eaque grauis remanet, quod nam illud sit, quod dicitur omnium primum, & firmissimum principium: variæ hac de re sententiæ sunt. Prima asserit, *ens est id, quod est*, primum & firmissimum esse principium, eo quod ita sit verum, vt de eius veritate nullus possit dubitatione detineri.

Sed hæc sententia infirma est, & fundamentum ruinosum, quod proinde facile conuellitur. Duo sunt necessaria ad constituendum primum & firmissimum principium, alterum vt sit indubitatum, & ab



omnibus approbatur, alterum ut sit aptum demonstrationis medium, quia per illud cetera demonstrari debent, sed allatum principium, quamvis habeat priorem conditionem, in posteriori tamen deficit quia est propositio identica, & nugatoria, proindeque ad conficiendam demonstrationem inepta, ergo illud principium non est primum & firmissimum.

Confirmatur hæc ratio, ampliusque confutatur huius sententiæ fundamentum, nam si hoc principium *ens est id, quod est*, propter suam certitudinem & evidentiam statueretur primum & firmissimum principium, propter eandem certitudinem, & evidentiam multa alia statuerentur in metaphysica prima & firmissima principia, ut *substantia est id, quod subsistit, accidens est id, quod accidit*, & infinita prope modum alia, quod tamen absurdum est.

Secunda sententia affirmat hoc esse primum & firmissimum principium *de nullo simul vera est affirmatio, & negatio*.

Sed merito ab omnibus refellitur, quia affirmatio, vel negatio alicuius rei de inesse, supponit illius existentiam, vel existentie negationem, ex eo quod enim res sit in aliquo de eo affirmatur, è contra verò, quia illi non inest, de eo negatur. Itaque hoc principium demonstrari poterit per illud, *impossibile est aliquid simul esse, & non esse*, quod est de inesse: atque adeo illud, quod ab hac sententia allatum est, numquam erit primum & firmissimum.

Tertia sententia ponit istud principium tanquam primum & firmissimum, *Quodlibet est, vel non est, affirmatque prius esse isto nostro, impossibile est idem simul esse, & non esse*, sed expositione nostræ sententiæ sufficienter refellitur.

Qua  
stinet p  
sibile est,  
non est,  
adeo ut  
Porro  
cemus,  
quid de  
deducti  
est per s  
do per v  
tur per o  
dus fit o  
minus a  
quitur p  
gari pos  
niat adeo  
dum eam  
Proba  
pliciter p  
imprimis  
tiam, & n  
negation  
tionis m  
quod de  
conveni  
solutioni  
mum & f  
Obiici  
negatiua  
non est, est  
bile est idem  
enim term  
est, ac non



Quarta igitur & omnium verissima sententia sustinet præfatum illud Aristotelis principium *impossibile est, &c.* vel illud, quod idem est, *nullum ens est, & non est*, esse primum & firmissimum principium, adeo ut omnia alia per ipsum demonstrari possint.

Porro ut facilius hanc nostram sententiam explicemus, Notandum est duplicem esse modum aliquid demonstrandi, scilicet per ostensionem, & per deductionem ad incommodum, Prior modus qui est per se in singulis scientiis necessarius, est quando per veras demonstrationes, vel effectus probantur per causas, vel causæ per effectus: posterior modus fit ob imbecillitatem nostri intellectus, qui dum minus aptè alicuius propositionis veritatem assequitur postulat eam per notiores, & quæ minus negari possit demonstrari, donec ad aliquam perveniat adeò evidentem, ut maximum esset incommodum eam in dubium reuocare. Quo notato,

Probatur facilè nostra propositio: Illud est simpliciter primum & firmissimum principium, quod imprimis negari non potest ob maximam evidentiam, & notitiam summæ repugnantia, quæ ex eius negatione sequeretur: deinde aptum est demonstrationis medium: & tandem nullum supponit per quod demonstrari possit: atqui hæc tria optimè conveniunt nostro principio, ut tum ex se, tum ex solutionibus obiectionum patebit, ergo est primum & firmissimum.

Obiicies primò, propositio affirmatiua prior est negatiua: atqui hoc principium, *Quodlibet est, vel non est*, est propositio affirmatiua, illud verò *impossibile est idem simul esse, & non esse*, negatiua, constat enim terminis negatiuis *impossibile est*, quod idem est, ac non est possibile: ergo principium istud quod-



libet est, vel non est, erit prius isto impossibile est idem simul esse, & non esse.

Distinguo maiorem. Propositio affirmatiua est prior negatiua: si secundum se & absolute spectetur, concedo, si secundum vim probatiuam nego, proboque negatum. Illa est propositio prior secundum vim probatiuam quæ maiorem suorum terminorum repugnantiam ostendit: atqui hæc propositio impossibile est, &c. maiorem inter suos terminos repugnantiam præ se fert, quam ista quodlibet est, vel non est, ergo, &c.

Probatur minor: Illa propositio impossibile est, &c. dicit repugnantiam intercedentem inter terminos contradictorios, esse nempe, & non esse, hæc verò quodlibet est, vel non est, tantum repugnantiam mediationis inter terminos contradictorios, id est aliquid necessario esse, aut non esse, quod idem est ac nullum esse medium inter terminos contradictorios esse, & non esse: at prior repugnantia videtur a posterior, & per eam posterior demonstrari potest, scilicet inter contradictoria nullum esse medium, quia contradictoria simul esse non possunt, ergo, &c.

Secundò obiicies, istud principium impossibile est, &c. est magis compositum, quam hoc, quodlibet est, vel non est, ergo hoc principium est prius illo.

Distinguo consequentiam, hoc principium, quodlibet est, vel non est, est prius illo impossibile, &c. in esse propositionis concedo, in esse principii nego, quia ad primum principium non requiritur absolute, vt sit prima propositio, sed tantum vt secundum vim probatiuam primum sit, summamque habeat euidenciam, quod nostro principio impossibile est, &c. conuenire ostendimus.

Postremò obiicies, non omnes propositiones pos-

sunt d  
possi  
ostenc  
bentur  
& sim  
princi  
Ref  
disting  
ræ pro  
nem, c  
nego,  
cua, p  
per no

[De esse

EST

vt  
dam ge  
possit

Affec  
piis om  
tur, om

Vna f  
adhibe  
nem, v

Resp

straretu  
incom  
tio per  
ctum, a

primo p



sunt demonstrari per illud allatum principium impossibile est, &c. ergo non est primum. Antecedens ostenditur: multæ dantur propositiones quæ habentur indemonstrabiles, vt *totum est maius sua parte*, & similes, ergo hæ propositiones per supradictum principium demonstrari non possunt.

Respondeo negando antecedens obiectionis, & distinguendo antecedens probationis, dantur multæ propositiones indemonstrabiles, per ostensionem, concedo, per deductionem ad incommodum, nego, quia quantumcumque veræ sint & perspicuæ, possunt tamen per illud assignatum, tanquam per notius demonstrari.

QVÆSTIO TERTIA  
ET QVARTA.

[De essentia & affectionibus complexorum principiorum.]

Essentia non obscure colligitur ex superioribus, vt principium complexum sit propositio quædam generalis adeò vera, & euidens, vt à nemine possit sine crimine negari.

Affectiones sunt quod in ipsis complexis principijs omnium disciplinarum conclusiones stabiliantur, omnisque ex ipsis veritas hauriatur.

Vna specialis occurrit de primo principio, an ita adhibeatur ad aliorum principiorum confirmationem, vt à nullo alio probari possit.

Respondeo affirmatiuè, siquidem aut demonstraretur per ostensionem, aut per deductionem ad incommodum: non prius, quia omnis demonstratio per ostensionem procedit, aut à causa ad effectum, aut ab effectum ad causam, quorum neutrum in primo principio locum habere potest, cum & causa



careat, & nullum agnoicat effectum, quo tanquam notiori probari possit: non etiam posterius, scilicet per deductionem ad incommodum, quia nullum maius incommodum fingi, aut cogitari potest illo, quod sequeretur ex negatione eiusmodi principij, *impossibile est, &c.* ex quo sequitur ipsum omnino esse indemonstrabile.

Obiicies hac ratione posse demonstrari primum principium, quod manifestatur solo interuentu luminis naturalis, illud est certissimum & notissimum: atqui primi principij veritas manifestatur solius luminis naturalis interuentu, ergo illud principium est primum & firmissimum.

Respondeo hanc demonstrationem ostendere quidem & declarare manifestationem primi principij, rationemque tradere, cur illi assentiatur intellectus, atque ab eo esse reflexionem perutilem, ad confirmandum intellectum, & agendam eius certitudinem circa assensum huius principij, non tamen afferre causam veritatis eius, cum non ideò sit verum, quia vt tale intelligitur, sed quia est tale secundum se & absolutè, ideò sic intelligitur: sicut ideò sol lucem non habet, quia eam oculus intuetur, sed potius è contra oculus intuetur solis lucem, quia lux in sole est.

Rursus obiicies, Aristoteles 3. Metaph. cap. 4. multa profert incommoda contra proteruos, qui contentions causa primum principium negarent, ergo indicat primum principium per deductionem ad incommodum, saltem posse probari. Antecedens constat ex toto textu illius capituli, ex quo hæc sumpta sunt incommoda.

Primum quod si falsum esset hoc principium supra allatum *impossibile, &c.* vnum & idem posset

esse omni  
contrad  
esse omni

Secun  
quam fa  
& non e  
maueris

Terti  
semper o  
ius est ho  
contradi  
cephalus n

Quart  
posset qu  
quis pete  
non dubi  
& non p  
disputati  
tolleretur

Respon  
quæ à nol  
sta ab illo  
cipii, sed  
eius euide  
difficilior  
demonstra  
tius appar  
nit contra  
clare loco



esse omnia, nam cum dico homo non est omnia, si contradictorium esset possibile utique homo posset esse omnia, Deus, caelum, elementa.

Secundò, semper omnes verum dicerent, & numquam falsum, quippe si possibile est idem simul esse, & non esse, quicquid de re aliqua dixeris, siue affirmaveris, siue negaveris, semper verum dixeris.

Tertium incommo dum huic oppositum, omnes semper dicerent falsum, si enim aliquis diceret, *Petrus est homo, Bucephalus est equus*, falsum diceret, quia contradictorium esset verum, *Petrus non est homo, Bucephalus non est equus*.

Quartum est, nullus de re aliqua interrogatus posset quicquam determinatè respondere, nam si quis peteret, utrum Petrus esset animal, essetne, vel non dubitaret, hoc & non hoc diceret, hoc putaret, & non putaret, proindeque omnis certitudo, omnis disputatio, & congressus sermonis planè de medio tolleretur.

Respondeo ad antecedens, ea omnia incommoda quae à nobis ex Aristotele relata sunt, non esse distincta ab illo quod incurritur ex negatione primi principii, sed arctissimè cum eo copulata, & eo magis eius evidentiam demonstrare, quo maiora sunt, & difficilioris solutionis, nec velle Aristotelem ea ad demonstrationem primi principii congerere, ut notius appareat, sed ut distinctius ea omnia quae ingerit contra obstinatos ac sophistas conspiciantur, ut clarè loco citato significat.

Hæc de principiis complexis.



## SECTIO TERTIA.

*De incomplexis entis principiis.*

## QVÆSTIO PRIMA.

*De Essentia.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

*De nomine & varia acceptione essentia.*

**M**ultis modis essentia nomen vsurpatur, primò pro quidditate rei, quia per ipsam ad quæstionem quid est, respondetur. Secundò pro ipsa essentiali definitione rei. Tertiò pro natura quæ est principium operandi. Quartò, & maximè propriè pro eo quod definitionem essentialem alicuius rei ingreditur, illamque componit, quo pacto animal & rationale dicuntur essentia hominis.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*De existentia essentia.*

**H**ic cauenda est æquiuocatio, nam bifariam quæri potest existentia essentia, primò sic quæstionem proponendo, vtrum dentur quædam essentia seu naturæ existentes, qua de re nullum dubium est: secundò sic eandem quæstionem proponendo, an essentia secundum se sint, & an esse cœperint in tempore, quo cum ipsis singularibus creatis extiterunt. Vbi

Notandum essentiam esse duplicem, quod spectat ad hoc institutum, alteram particularem, vt Petri, Pauli, & aliorum indiuiduorum: alteram vniuersalem, humanam, verbi gratia, equinam, & alias:

quo p  
ris cœp  
natura  
nisi qu  
quidem  
est cele  
tis tam  
uersale  
singula  
Prim  
re com  
præcess  
dum ess  
Cont  
est, & a  
sepecta  
stentias  
Hanc  
lixâ rati  
constrin  
tum requ  
& vnitas  
tura ant  
Priore  
præcedit  
bendi, e  
dum in m  
rit: non r  
quia rem  
ræ in sing  
da est sin  
laria acci  
intelligit  
verò part



quo posito non est dubium quin essentia particularis cœperit esse in tempore, cum particulare dicat naturam contractam, quæ quidem non contrahitur, nisi quando ipsa particularia producantur, quod quidem tantum fit in tempore: agitanda hic solum est celeberrima illa, & à tot physicis vtriusque ætatis tam acriter controuersa quæstio, an essentiæ vniuersales præcesserint existentias, quæ sunt tantum singularium, atque adeò fuerint ab æterno.

Prima sententia, satis re vera & nimis hoc tempore communis habet, essentias, etiam vniuersales non præcessisse existentias, seu res non prius fuisse secundum esse essentiæ, quàm existentia.

Contraria tamen sententia omnino præferenda est, & animosè propugnanda, essentias secundum se spectatas, & quatenus vniuersales fuisse ante existentias singularium, imò & ab æterno.

Hanc sententiam in Logica validâ, satisque prolixâ ratione probauimus, cuius sensum hic breuiter constringimus. Ad vniuersalem essentiam duo tantum requiruntur, aptitudo ad existendum in multis, & vnitas essentiæ, atqui hæc duo conueniunt naturæ ante existentiam singularium, ergo, &c.

Priorem minoris partem probauimus. Aptitudo præcedit actum, vt aptitudo scribendi actum scribendi, ergo natura habuit aptitudinem ad existendum in multis singularibus, antequam in illis extiterit: non remotam tantum, vt aduersarii respondent, quia remota secundum illos conuenit tantum naturæ in singularibus existendi, in quo statu remouenda est singularitas, nos autem naturam ante singularia accipimus; sed verè proximam, quia proximè intelligitur posse conuenire pluribus. Posteriores verò partem ostendimus; quia natura vniuersalis,



verbi gratia humana, non est multiplex ante singularia, puta ante singulares homines, cum in illis tantum multiplicetur, proindeque vna est.

Sed audio nonnullos occurrentes essentiam nihil omnino esse, proindeque, nec vnam, nec aptam ante existentiam singularium.

Verum istud eodem modo ac in Logica facile refellitur: scientia realis est de ente reali, ergo essentiae vniuersales, de quibus tantum scientia est (excepta scientia de Deo) debent esse reales.

Hoc argumentum non aliter soluit Suarez, quam intentum concedendo, sic enim loquitur: *Ac denique eodem modo scientiae, quae considerant res abstrahendo ab existentia, non sunt de entibus rationis, sed de realibus, quia considerant essentias reales non secundum statum, quem habent obiectiue in intellectu, sed secundum se, vel quatenus aptae sunt ad existendum cum talibus naturis, & proprietatibus: quod totum & solum inquirimus. Ne tamen sibi ipsi contrarius videatur notat ex Caietano ens reale dupliciter accipi: Primò, vt diuiditur contra non ens actu existens: Secundò, vt diuiditur contra non ens reale, & quidem posteriori modo fatetur essentiam possibilem realem esse, negat in priori.*

Verum hæc solutio (bonâ pace Suaris magni alioquin viri, & acutissimi Philosophi & Theologi) omnino impertinens est, siquidem hic non est quaestio vtrum essentia vniuersalis apta existere in multis, sit realis, quando reale idem significat quod actuale, quaereretur enim an essentia priusquam sit realis, sit realis, quod ineptum est, nec eget tam prolixâ demonstratione, qualem habet ipse Suares: sed solum in eo versatur quaestio, an illud esse possibile ad existendum quod intelligitur in essentia possit

dici rea  
posteri  
ampli

Essen  
realitat  
est sine  
verum e

Proba  
re quali  
consequ  
existent

ficata,  
modus  
realem,  
tiam, es

Minor  
conceptu  
dum eos  
se possibi

facit esse  
essentia  
siderata a

Sola m  
tia id tan  
manet pr  
stentia, q

conceptu  
esse possibi  
le, cum ei  
litate, e

existentia  
formali c  
existendu  
cumque



dici reale realitate essentiae & non existentiae, quod posterius si neget Suarez satis refellitur ex dictis, ampliusque hac ratione confutatur.

Essentia in suo formali cōceptu includit aliquam realitatem, & aliquod verum esse, sed illa essentia est sine existentia, ergo sine existentia datur aliquod verum esse & reale.

Probatum maior, si essentia non sit realis, ergo in re qualibet sola existentia erit realis cum modis eam consequentibus, at hoc dici non potest, tum quia existentia esset nobilior essentia, & modus re modificata, reale enim nobilior est non reali: tum quia modus realis non potest afficere rem aliam quam realem, proindeque cum existentia afficiat essentiam, essentia debet esse realis.

Minor verò probatur, essentia in suo formali conceptu non dicit esse actuale, sed possibile secundum eos, & secundum nos in Logica actu: atqui esse possibile ad existendum precedit existentiam, quae facit esse actuale, ut intelligitur ex supradictis: ergo essentia secundum suum formalem conceptum considerata antecedit existentiam.

Sola maior usus syllogismi cōfirmanda est: essentia id tantum includit in suo formali cōceptu, quod manet praeciso illo modo, quem ei superaddit existentia, quoniam talis modus nō est de interno eius conceptu, atqui praeciso tali modo solum remanet esse possibile ad existendum, & esse actu, non actuale, cum eiusmodi modus superaddat essentiae actualitatem, quā sublatā res tantum manet possibilis ad existentiam & in actu essentiae, ergo essentia in suo formali conceptu includit solum esse possibile ad existendum: Atque hanc nostram sententiam utcumque indicat Capreolus in secundam dist. 1.



quæst. 2. art. 3. cum ait essentiam fuisse aliquid in genere essentialium, licet non in genere entium actualium, seu existentium.

Confirmatur hæc ratio: si essentia nullam habeat realitatem distinctam à realitate existentia: ergo nec perfectionem, ergo res una non est in essentia perfectior quàm alia, Angelus quàm homo, homo quàm musca, musca quàm lapis &c. quod omnino videtur falsum.

Respondent fortè aduersarii res non esse perfectiores in essentia abstracta ab existentia, sed coniuncta.

Contra, existentia non dat aliam realitatē & perfectionem essentia, quàm suam ipsam realitatem, & perfectionē: ergo siue essentia sit separata, siue coniuncta cum existentia, si nullam ex se realitatem habeat distinctam à realitate existentia res omnes erunt in essentia æqualis perfectionis.

Probat antecedens: aut existentia dat realitatem & perfectionem essentia, cui coniungitur in genere causæ efficiētis, vel in genere causæ formalis: non in genere causæ efficiētis, quia est tantum modus, nec vllus est, qui eam faciat causam efficiētem essentia: si in genere causæ formalis: ergo nullam aliam confert realitatem & perfectionem, quàm suā. Hæc vltima consequentia ostenditur, & exemplo facili corroboratur. Quia albedo dat tantum parieti quod fit albus in genere causæ formalis, verissimum est parietem non esse album, nisi per rationem ipsam albedinis: vnde fit, vt tota ratio inæqualitatis inter res albas petatur ex albedinibus, non ex ipsis variis rebus, quæ non aliundè, quàm ex ipsa albedine albæ sunt: ergo si tantum in genere causæ formalis existentia conferat realitatem & perfectionem essentia, cui coniungitur, essentia non habet aliam reali-

tatem &  
que in  
tantum  
sumitur  
dictum  
quàm al  
go essen  
nem, à r  
quenter  
Primò  
bus parti  
quas ant  
Disting  
existentia  
existentis  
æternitat  
Rursu  
rias, Deus  
nec simili  
surdum est  
tio debet  
sentia pra  
Posteri  
tecederen  
que cum a  
nūquam fi  
Respon  
nis: priore  
is est vt p  
stente, no  
tione essen  
sed tantum p  
stendum. I  
ad posterio



ratem & perfectionem, quàm existentia: proinde-  
que inæqualitas realitatis, & perfectionis ex istis  
tantum existentis, non ex ipsis diuersis essentiis de-  
sumitur: & consequenter orietur incommodum præ-  
dictum, quod nulla res sit magis realis & perfecta,  
quàm alia, contra communem sensum omnium: er-  
go essentia habet distinctam realitatē & perfectio-  
nem, à realitate & perfectione existentia, & conse-  
quenter ante illam, vt patet ex ratione iam facta.

Primò obijcies, solus Deus est æternus ex omni-  
bus partibus, ergo fictitiæ sunt illæ essentiæ reales,  
quas ante singularia, & ab æterno constituimus.

Distinguo antecedens, solus Deus est æternus per  
existentiã, & propriã æternitate, quæ sit mensura rei  
existentis, concedo: per essentiã verò, & impropriã  
æternitate, quæ solum dicat negationē initij, nego.

Rursus obijcies, si essentiæ præcessissent existen-  
tias, Deus per creationem nihil potuisset producere,  
nec similiter posset quicquam annihilare, quod ab-  
surdum est. Prior pars consecutionis patet, quia crea-  
tio debet fieri ex nihilo, quod esset impossibile, si es-  
sentiæ præcederent existentias.

Posterior etiam manifesta est, quia si essentiæ an-  
tecederent existentias, eas etiam subsequerentur, sic-  
que cùm annihilatio re prorsus de medio tollat, illa  
nūquam fieri posset, quia semper remaneret essentia.

Respondeo negando vtramque partem obiectio-  
nis: priorem quidem, quia ad hoc vt fiat creatio, sa-  
tis est vt producatur aliquid existens ex nullo exi-  
stente, non est verò necesse, vt fiat etiã ex nihilo ra-  
tione essentiæ vniuersalis, quæ non dicit actualitatē,  
sed tantum potentiam & aptitudinem realem ad exi-  
stendum. Idem proportione seruatã dicendum est  
ad posteriorem eiusdem consecutionis partem.



ARTICVLVS TERTIVS  
ET QVARTVS.*De Essentia & affectionibus essentia.*

**M**irum videri non debet si essentia essentiam  
quæramus, illa enim est aliquod ens reale,  
quod definitione explicari potest sub ipsa ratione  
essentia. Merito igitur dixeris, *essentiam esse id, quod  
in re qualibet primum est, & quo constituitur sub aliquo ge-  
nere entis, vel à posteriori dicas essentiam id totum esse,  
quod definitionem essentialem ingreditur, sic animal ra-  
tionale dicitur hominis essentia, quia eius definitio-  
nem essentialem ingreditur.*

Leuioribus essentia affectionibus prætermis-  
sæ hæc vna potissimum occurrit exponenda, quæ sit  
distinctio inter essentiam & existentiam.

Suarez secundo tomo Metaphys. disp. 30. sect. 6.  
num. 3. putat essentiam & existentiam, vel distin-  
gui vt ens & nihil, vel solâ ratione.

Explicatur hæc sententia iuxta mentem auctoris,  
vt ego potui percipere, essentia vel sumitur pro non  
repugnantia rei, quæ dicitur posse à Deo creari, &  
fieri existens, vel pro entitate actuali. Si priori mo-  
do essentia sumatur, apertè docet existentiam ab ea  
distingui, vt ens à nihilo, quia dicit eiusmodi essen-  
tiam non esse veram, sed propriè nihil, existentiam  
verò aliquid reale & actu: si verò posteriori modo,  
affirmat inter essentiam & existentiam solam distin-  
ctionem rationis reperiri, quia actualis entitas se-  
cum inuoluit existentiam.

Verum hæc sententia leui manu refellitur, & pri-  
mò quoad priorem partem supra confutata fuit, ibi  
enim probatum est essentiam secundū se, esse veram  
& realem.

& reale  
rest per  
essentia

Secu

ria imp

intellig

habet fa

tia sola

stinctio

titatem a

& existe

sentiam,

prehend

quæ simp

ceptu ex

& modu

tiam, & a

quàm rat

ipsa subst

ineptum,

Confir

essentialit

tenu sign

faterur, ex

inter essen

stinctio qu

Secunda

inter essen

Thomæ 1. p

Refellitu

nem realen

tremorum

tere non re

stentia, vt



& realem, imò in ea includi quicquid realitatis potest pertinere ad propriam & præcisam rationem essentia.

Secundum item posteriorem partem hæc sententia improbat, etenim aut per entitatem actualem intelligit illam, quæ actuatur per existentiam, & sic habet falsum, cum asserit illam entitatem ab existentia sola ratione distingui, nam maior requiritur distinctio, nempe modalis, ut infra patebit: aut per entitatem actualem intelligit aggregatum ex essentia, & existentia, ita ut eiusmodi entitas, quam vocat essentiam, tam ipsam existentiam, quam essentiam comprehendat, & sic improprie usurpat nomen essentia, quæ simplex est, & non includit in suo formali conceptu existentiam. Et certe si valeret hæc sententia, & modus quo procedit, pari iure dicerem, substantiam, & albedinem non aliam distinctionem habere quam rationis, quia potest sumi pro aggregato ex ipsa substantia & albedine, quod tamen satis videtur ineptum, & ab omnibus rejicitur.

Confirmatur, ens quatenus significat essentiam essentialiter prædicatur de creaturis, non item quatenus significat existentiam, quia, ut ipsemet Suarez fateretur, existentia non est de essentia creaturae, ergo inter essentiam & existentiam debet esse maior distinctio quam rationis.

Secunda sententia astruit distinctionem realem inter essentiam & existentiam, soletque tribui D. Thomæ 1. parte q. 3. art. 4. & aliis in locis.

Refellitur tamen hac unica ratione, ad distinctionem realem proprie loquendo requiritur mutua extremorum separatio, ita ut utrumque separatum existere non repugnet: sed sublatâ essentia tollitur existentia, ut notum est, ergo essentia realiter non



distinguitur ab existentia.

Obijcies primò, illa distinguuntur realiter quorum vnum habetur absque causæ efficientis interuentu, alterum non nisi per eius efficientiam producitur: atqui essentia rei habetur absque causæ efficientis interuentu, existentia verò est tantum per illius efficientiam, ergo, &c.

Respondeo negando maiorem, cum fieri possit, vt duorum, quorum vnum sine efficientia est, aliud per efficientiam, alterum ab altero re ipsa separari non possit, vt patet in exemplo existentia & essentia, quia nequit ab essentia vllatenus separari.

Obijcies secundò, nulla res est in potentia ad id, cum quo est realiter idem: atqui essentia est in potentia ad existentiam, ergo non est idem realiter cum ipsa existentia, proindeque realiter distinguitur.

Respondeo negatione maioris, fieri enim potest vt aliquid habeat potentiam ad aliud à se formaliter tantum vel modaliter distinctum, non tamè propriè realiter, quo pacto defendimus essentiam habere potentiam ad existentiam à se modaliter distinctam, non tamen realiter, & intellectum habere potentiam ad intellectionem, à qua realiter non distinguitur, sed tantum formaliter.

Denique obijcies, si existentia & essentia non distinguerentur realiter, nõ posset intelligi essentia cum opposito existentia, nèpè cum non existentia, seu ante existentiam, at hoc supradictis repugnat, ergo, &c.

Respondeo negando consecutionem maioris, nam præterquam quod essentia potest esse sine existentia, oporteret vicissim existentiam posse esse sine existentia, quod non probat argumentum.

Ultima sententia omnium probabilissima, ideoque nostra, est Scoti in tertium quæstione sexta,

distinctio  
inter esse  
modale  
secundum  
iuxta m

Hæc

colligitur  
inter esse  
distinctio  
& existe  
priè form  
lis, quia h

non sit m

sentia, en

Obijci

do supera

non est m

Sed salu

quia existe

conceptu

corporeæ,

Instat, f

tus, futurum

ceptum illi

at hoc fieri

beret eadem

Minor n

conceptum

vocamus ex

ipfam adhu

pus, sicut li

pus, non sequi

et corpus. Ie



*de principiis incomplexis.*

50

distinctione secunda, Heruei quodlibeto 1. qu. 9. & 10. inter essentiam & existentiam solam distinctionem modalem inueniri, adeò vt possit quidem essentia secundum se esse sine existentia, (quod ego addo, iuxta mea principia) non tamene contrà.

Hæc sententia ex præcedentium refutatione satis colligitur & demonstratur, sola distinctio rationis inter essentiam & existentiam non sufficit, realis distinctio maior est quàm par sit, ergo inter essentiam & existentiam intercedere potest distinctio vel propriè formalis, vel modalis, sed non propriè formalis, quia hæc postulat esse inter duas res quarum vna non sit modus alterius, sicut existentia est modus essentia, ergo debet esse modalis.

Obijcit Suares, essentia Angeli absque vlllo modo superaddito intelligitur existens, ergo existentia non est modus essentia.

Sed saluo eius honore infirmum est antecedens, quia existere vt ipsemet fatetur, non est de formali conceptu vllius essentia create, siue Angelica, siue corporea, quapropter illi superaddatur necesse est.

Instat, si existentia sit modus essentia superadditus, futurum est vt res in conceptum essentia & conceptum illius modi nempe existentia resolui debeat, at hoc fieri non potest, quia tunc illius essentia deberet eadem fieri resolutio, ergo &c.

Minor neganda est, esto enim res possit resolui in conceptum essentia, & conceptum illius modi, quem vocamus existentiam, non sequetur tamen essentiam ipsam adhuc esse resoluendam in duos alios conceptus, sicut licet homo resoluatur in animam & corpus, non sequitur animam debere resolui in animam & corpus. Idem dicas de corpore.

D ij



## QVÆSTIO SECVNDA.

*De Existentia.*ARTICVLVS PRIMVS  
ET SECVNDVS.*De eius nomine & existentia.*

**P** Et existentiam intelligunt Philosophi modum aliquem rebus conferentem quod sint actuales, & de facto extra causarum suarum potestatem constitutæ, quomodo verno tempore rosæ dicuntur esse, quia non sunt amplius in potestate suarum causarum vt producantur, sed iam productæ sunt.

Porro cùm existentia ita se habeat, vt eius beneficio omnia existant, debet & ipsa necessario existere.

Occurres, si existentia existat, ergo datur existentia existentie, quod videretur incommodum, alioquin huius alterius existentie quærenda esset existentia, & sic in infinitum.

Respondeo negatione consequentia, nam quemadmodum non datur vnitatis vnitas, licet vnitas verè sit vna, sed per se ipsam vna est, ita similiter licet verè existentia existat, non tamen habet existentiam à se distinctam, sed per se ipsam existit.

Rogabis in quo subjecto recipiatur existentia.

Respondeo in essentia, quippe quæ ei aduenit tantquam modus, illamque formaliter denominat existentem, non secus ac albedo parietem album. Sed cùm essentia sit duplex vniuersalis & singularis, vt supra monuimus, adhuc difficultas excitatur, num existentia tantum sit essentia singularis, an verò & vniuersalis, seu (quod eodem recidit) vtrum sola

singul

rei exp

Not

dis, pr

Illud d

termin

illud v

ad quo

duntax

exister

in actu

Rog

tia. N

rant so

tia, ha

Long

sas etian

stentia.

dæ, vt

nem pro

secundæ

quæ ant

contine

pit existe

generati

aut per a

reale actu

causæ sec

go frustr

A R

S Ingu

phys.



singularia existant, an verò & vniuersalia, ad cuius rei explicationem,

Notandum est aliquid posse existere duobus modis, primò in actu exercito, secundò in actu signato. Illud dicitur in actu exercito existere, ad quod verè terminatur existentia, vt sunt sine dubio singularia; illud verò in actu tantum signato dicitur existere, ad quod non terminatur per se ipsa existentia, sed duntaxat per aliud, quomodo volumus vniuersalia existere, nempe beneficio singularium, non autem in actu exercito.

Rogabis præterea quæ sit causa efficiens existentia. Non desunt ex D. Thomæ discipulis qui afferant solum Deum esse causam efficientem existentia, hancque à nullis causis secundis esse posse.

Longè tamen probabilius reliqui existimant causas etiam secundas dici posse causas efficientes existentia. Probatur, generatio est actio causæ secundæ, vt supponimus ex Physica, sed per generationem producitur existentia, ergo per actionem causæ secundæ existentia efficitur. Minor probatur, forma quæ ante generationem in sola materia potestate continebatur eiusdem generationis beneficio incipit existere, & educi ex potestate materia, ergo per generationem producitur existentia. Confirmatur, aut per actionem causæ secundæ producitur aliquid reale actualiter, aut nihil; si prius, ergo per actionem causæ secundæ producitur existentia; si posterius, ergo frustranea illa actio, imò nulla est.

### ARTICVLVS TERTIVS.

#### *De essentia existentia.*

Singularis sententia fuit Auicennæ lib. 5. *Metaphys.* existentiam esse quoddam accidens rebus



ita adueniens, vt ab ipsis sine earum interitu separari possit.

Afferendum tamen est existentiam esse actum, & terminum essentiae, atque adeo ad illud genus entis reuocari ad quod ipsa essentia reducitur, ita D.Th. q. 5. de potentia art. 4. Caietanus & alij.

Probat, non quidem quod existentia sit actus & terminus essentiae, quia hoc satis constat ex praedictis, sed quod debeat collocari sub illo genere, sub quo reponitur essentia per illam terminata, licet indirecte, & reductiue: alia debet esse ratio existentiae substantiae, & existentiae accidentium, tum quia illa dicitur substantialis, nulla vero accidentium existentia ita nuncupatur, tum quia generatio dicitur substantialis, quae terminatur ad existentiam substantiae, ea autem productio accidentaria, quae terminatur ad existentiam accidentis, ergo alia est ratio existentiae substantialis, & accidentalis, & consequenter ratione illius diuersitatis ad diuersa genera reuocari debent existentia substantiae, & existentia accidentis, illa ad substantiam, haec ad accidens, tamquam modus vtriusque, non vero tamquam propria substantia, aut proprium accidens.

Obijcies, existentia praedicatur accidentario tantum de re creata: ergo est accidens illius.

Distinguo antecedens, existentia praedicatur de re creata accidentario, id est non essentialiter, tamquam attributum essentialiter, concedo, accidentario, id est tamquam accidens aliquod proprie dictum, nego, eodem modo distinguenda est consequentia, ergo existentia est accidens rei creatae: id est non aliquid ei essentialiter concedo, id est aliquid proprie dictum accidens, nego.

Confirmatur haec solutio. Existentia est de genere

transc  
cet &  
dens a  
propr  
Con  
est con  
ci pote  
go abs  
nor pro  
cidens  
remane  
sua Intri  
stentia  
creata e  
est acci  
riorem  
ctum ex  
losophi  
subiectu  
propriu

A R

R O  
fo  
se disting  
Notar  
parabile  
ab aliis  
distincta  
Respo  
intelligi  
ter mater



transcendentium rebus omnibus, substantiis videlicet & accidentibus conueniens : ergo non est accidens aliquod categoricum & prædicamentale, seu propriè dictum.

Confirmatur præterea, quodlibet accidens, vel est commune, vel proprium: sed existentia neque dici potest accidens commune, neque proprium, ergo absolutè non est accidens. Maior certa est, minor probatur, & primò quoad priorem partem, accidens commune ita competit rei, vt ab illa integra remanente separari possit : vt docet Porphyrius in sua Introductione cap. de accidente: at nequit existentia sic à re creata separari, quia eo ipso quod res creata est, eo habet existentiam, ergo existentia non est accidens commune. Probatum item quoad posteriorem partem, accidens proprium supponit subiectum existens, à quo debet emanare, vt docent philosophi, sed existentia non supponit, imò facit subiectum existens, ergo existentia non est accidens proprium.

ARTICVLVS QVARTVS.

*De affectionibus existentia.*

**R**ogabis primò, quid per existentiam realem, & formalem intelligi debeat, & quo modo inter se distinguantur. Huius difficultatis explicandæ gratia,

Notandum est res aliquas esse ab aliis realiter separabiles, vt corpus ab anima, & vice versa, alias esse ab aliis re ipsa inseparabiles, & tantum formaliter distinctas, vt sunt actio, & passio: quo notato,

Respondeo breuiter per existentiam realem, eam intelligi quæ est inter res realiter separabiles, vt inter materiam & formam, lignum & lapides, & sic de



cæteris. Per formalem verò eam intelligi, quæ est inter res minimè realiter separabiles, essentialiter tamen distinctas, vt inter actionem & passionem.

Rogabis secundò, vtrum sicut partes physicæ suas habent partiales & incompletas existentias ex doctrina physicorum, ita & gradus metaphysici in aliquo singulari existentes, habeant etiam partiales suas existentias.

Respondeo affirmatiuè, sed cū explicatione, quia enim gradus metaphysici sūt actualiter, sicut partes physicæ, ideo habent suas existentias sicut ipsæ partes physicæ, quia verò partes physicæ sunt à se inuicem separabiles & realiter distinctæ, gradus verò illi metaphysici non item, sed tantum ex natura rei, illæ habebūt reales existentias, hi verò tantummodo formales.

## QVÆSTIO TERTIA.

### *De Subsistentia.*

## ARTICVLVS PRIMVS ET SECVNDVS.

### *De nominibus & existentia Subsistentia.*

**S**ubsistentia nihil est aliud, quàm modus substantiæ proprius, quo in se ipsa constituitur independenter à quolibet sustentante.

Pluribus aliis modis nuncupatur, nam imprimis vocatur *ὑπόστασις* à Græcis, vocatur etiã *suppositalitas* à qua *suppositum* dicitur, additur nomen *personalitatis* personam constituens. Sed hoc postremum vocabulum aliquid differt à reliquis, siquidem subsistentia, siue hypostasis, siue suppositalitas dicit tantum modum existendi per se, & independenter à sustentante in substantia, personalitas verò addit determina-

tionem  
Boëtio  
natura

Ex q  
nus ad  
tiarum  
dicit ta  
tante, q  
stantiar  
verò ad  
nem na  
naturæ i  
Circa  
tas, qui p  
quod sub

AR

C On  
tura

constituens

Dicitur

tiam mod

tuendo, i

lem, cuius

etè dicitur

Dicitur

ad differen

constituen

talem.

Adiungi

sistentia op

fert acciden



tionem substantiæ rationalis, unde fit ut persona à Boëtio lib. de duabus naturis definita sit *intellectualis natura individua subsistentia*.

Ex quo colligere est subsistentiam esse velut genus ad personalitatem, & speciales aliarum substantiarum subsistentias, nam subsistentia in communi dicit tantum in se existere, independenter à sustentante, quod personalitati & specialibus aliarum substantiarum subsistentis commune est, personalitas verò addit tamquam differentiam & determinationem naturæ intellectualis, seu quod sit substantia naturæ intellectualis.

Circa subsistentiæ existentiam nulla est difficultas, quippe quæ ab omnibus conceditur, tamquam id quod substantiam in se ponit.

### ARTICVLVS TERTIVS.

#### *De essentia subsistentiæ.*

**C**ommuniter subsistentia definitur, *modus naturam substantialem in se, & alteri incommunicabilem constituens.*

Dicitur primò *modus*, quia sicuti existentia essentiam modificat, ipsam terminando & actu constituendo, ita subsistentia naturam illam substantialem, cuius est terminus, & quam in se constituit, rectè dicitur modificare.

Dicitur secundò *constituens naturam substantialem*, ad differentiam existentiae, quæ est indifferens ad constituendam naturam substantialem, vel accidentalem.

Adiungitur tertio *in se* per quam particulam subsistentia opponitur inhærentiæ, quæ contrarium cõfert accidenti, nempe modum existendi in alio.



Tandem ponitur & alteri incommunicabilem, circa quam particulam grauis oritur difficultas, propter substantiam absolutam, quam plerique Theologi constituunt formaliter in essentia diuina, illa enim, quia eam non reddit communicabilem aliis tribus personis, *sacratissimæ Trinitati* communicari non posset, quod est hæreticum. Quocirca cum multi vellent omnem incommunicabilitatem substantiæ tribuere ratione suæ substantiæ, non dubitarunt hanc substantiam absolutam & essentialem à diuina essentia remouere.

Verum quamuis hæc sententia non sit improbabilis, sed facilè sustineri posset, quia tamen magis placet contraria, iuxta illius fundamenta substantiæ incommunicabilitatem explicabimus.

Notandum igitur primò duplicem quoad hoc negotium refert, distingui communicationem vnius rei ad aliam: vna enim est communicatio rei ad rem realiter, vel saltem ex natura rei distinctam, quo pacto forma materiæ communicatur: & vice versa, alia est communicatio quæ fit ad rem aliquam solâ ratione à se distinctam, quomodo natura diuina dicitur communicari tribus personis.

Notandum secundò communicationem suppositi hoc loco esse conferendam cum altero supposito, vt sit sensus, substantiam dare supposito modum subsistendi incommunicabiliter alteri supposito, non naturæ, quamquam enim diuinum Verbum habeat suam substantiam, non desinit tamen communicari naturæ humanæ, propria sua substantia destitutæ. His positis,

Dicendum est incommunicabilitatem substantiæ debere explicari de incommunicabilitate alterius suppositi realiter, vel formaliter distincti, non

autem

Rati

stetia, c

logis ad

profus

rum, à

Conf

nere sub

liter nisi

alia, cum

optimè

cinata ab

confert

rei, quâ

non aute

Vbi ob

tribuere

qua egim

supposito

ra rei dist

stentia eo

A R

M

Vtrum

R

Esposito

Essen

Probatu

ex duplici

formæ, in q



autem sola ratione ratiocinata.

Ratio est, quia aliàs absoluta & communis subsi-  
stètia, quæ in essentia diuina à melioris notæ Theo-  
logis admittitur, quia non reddit naturam diuinam  
prorsus incommunicabilem, sed tãtum respectu eo-  
rum, à quibus realiter, & ex natura rei distinguitur.

Confirmatur, proprium munus subsistètiæ est po-  
nere substantiam in se, non autem incommunicabi-  
liter nisi extrinsecè, id est, factâ comparatione ad  
alia, cum quibus compati non potest: sed substantia  
optimè compatitur cum his quæ sola ratione ratio-  
cinata ab ipsa distinguuntur, ergo subsistentia non  
confert substantiæ incommunicabilitatem alteri  
rei, quàm à se realiter, vel ex natura rei distinctæ,  
non autem sola ratione ratiocinata.

Vbi obiter notãdum est subsistentiam non solum  
tribuere substantiæ incommunicabilitatem illã (de  
qua egimus,) sed quoque eã in se retinere, sicut enim  
suppositum alteri supposito à se realiter vel ex natu-  
ra rei distincto est incommunicabile, ita eius subsi-  
stentia eodem modo est incommunicabilis.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*De affectionibus subsistentia.*

### MEMBRVM PRIMVM.

*Vtrum subsistentia & suppositum diuisibilia sint,  
vel indiuisibilia.*

**R**espondeo posse esse diuisibilia, tam in partes  
essentiales, quàm integrantes, & quantitatiuas.

Probat, suppositum hominis est compositum  
ex duplici partiali supposito, materiæ videlicet &  
formæ, in quæ diuidi potest, ergo apparet manifesta



quædam suppositi, & consequenter subsistentiæ diuisibilitas in partes essentielles. De integrantibus idè patet, baculus sex pedû in sex partes disseccetur, vnaquæque pars erit suppositum, ergo perspicuum est totale suppositum posse diuidi in partes integrâtes.

Dixi posse, siquidem non est necesse suppositû esse diuisibile, sed potest esse indiuisibile, nêpe in rebus indiuisibilibus, puta in Angelis & anima rationali.

Quædam difficultas hic exoritur, quæ quamuis ad Phylitam pertinere videatur, hic tamen commodè explicari potest, vtrum scilicet anima rationalis adhuc existens in corpore per se subsistat. Nonnulli negant, eo quod subsistere per se videatur includere negationem existendi in alio, etiam per modum formæ. Alii affirmant, hocque fundamentum negant, & nos ipsis subscribimus.

Primò, quia anima rationalis prius intelligitur per creationem producta, quàm corpori vnita, & in eo instanti concipitur per se subsistens, ergo etiam in eo instanti quo informat corpus erit subsistens. Hæc consequentia probatur, in eodem instanti tēporis ipsa anima non accipit subsistentiam & deperdit: sed in eodem temporis instanti creatur, per quam creationem accipit subsistentiam, & informat corpus, ergo in eo instanti quo informat corpus habet suam subsistentiam, & cùm non sit maior repugnantia de toto tempore quo informat, quàm de vno instanti, quia si quæ sit repugnantia de toto tempore illa maximè petitur ex impossibilitate informationis cum subsistentia per se, quæ non apparet maior in toto tempore, quàm in vno aliquo instanti, hinc fit vt toto tempore quo anima rationalis suum corpus informat, dicatur per se subsistere.

Secundò, quod non subsistit per se, debet ab alio

susten  
à null  
se in e

M

A

gulari s

Prim

dist. 14

quæst. 4

natura l

superad

Secur

suppositi

gatione

Terti

stra est, c

S Vpp  
Slaren  
tentiam.

Prob

nodo act

errare, qui

et hypost

elefia alu

Probat

propositi

loquendo

militar



sustentari, sed anima rationalis existens in corpore à nullo sustentatur, vt omnes concedunt, ergo per se in eo subsistit.

M E M B R V M S E C V N D V M.

*De distinctione suppositi à natura singulari.*

**A**lij hanc quæstionem sub aliis terminis solent supponere, quidnam suppositum natura singulari superaddat.

Prima sententia Durando ascribitur primo sent. dist. 14. q. 1. Henrico Gandauensi quodlibeto 4. quæst. 4. & omnibus ferè Thomistis, suppositum à natura singulari sola ratione distingui, illique nihil superaddere.

Secunda sententia est Scoti in tertium dist. 1. q. 1. suppositum supra naturam singularem addere negationem existendi in alio.

Tertia & omnium probabilissima sententia nostra est, quam his propositionibus explicamus.

*Prima propositio.*

**S**uppositum addit aliquid supra naturam singularem, hæc propositio est contra primam sententiam.

Probatur primò authoritate Epiphani in 5. synodo actione 6. versus finem, vbi ait, *hereticos ideo errare, quia nihil aliud agunt, quam vt ostendant naturam & hypostasim idem esse, quæ sanè inter se differre veri Ecclesia alumni agnoscunt.*

Probatur secundò ratione, hæc videtur inepta propositio, Petrus est sua humanitas, imò propriè loquendo falsa est: at si suppositum Petri (quod similiter dicendum est de aliarum omnium rerum



suppositis nihil supra naturam eius singularem adderet, vera esset ista propositio, nam eius falsitas deberet sumi ex aliquo, quod re ipsa esset in Petro, & non in sua humanitate: ergo necesse est vt suppositum addat aliquid supra naturam singularem.

*Secunda propositio.*

**S**uppositum non addit tantum supra naturam singularem negationem aliquam.

Probatum primò contra secundam sententiam, quia aliàs diceremus tres super benedictæ Trinitatis personas tribus negationibus constitui, quia constituuntur per substantias, quod absurdum est, & contra omnium Theologorum sententias.

Secundò verbum diuinum in assumpta humanitate suppleuit aliquid reale, & non solam negationem, sed id tantum suppleuit, quod supposito peculiare est, & naturæ singulari superadditur, nempe substantiam: ergo id quod suppositum addit supra naturam singularem, nempe substantia, non est aliqua negatio, sed quidpiam reale.

Denique per substantiam habet substantia realiter vt non sit in alio, ergo per aliquid positium & reale id habet, ergo substantia est aliquid reale superadditum naturæ singulari.

Obiicies, Verbum diuinum per incarnationem assumpsit rem omnem quam in natura humana plantauit, ex D. Damasceno 3. de fide orthodoxa cap. 6. atqui non assumpsit substantiam ex omnibus Theologis: igitur substantia in natura substantiali non est res aliqua, proindeque tantum negatio supradicta.

Distinguo antecedens, diuinum Verbum assumpsit rem omnem, quam in natura humana planta-

uit: qu  
person

**Q**u  
illud di  
quæ acc  
Prob  
lud acci  
uisset du  
quod nu

**S**upp  
Smod  
municab  
positio e  
Explic  
videretur  
accidente

**V**T b  
bus  
Differ  
ta, quia es  
vnde fit vt  
Secund  
stentia sem  
stionem re  
vt patebit



ait: quatenus natura est, concedo, quatenus verò persona, nego.

*Tertia propositio.*

**Q**uod suppositum addit naturæ singulari non est aliquod accidens ipsius naturæ, nisi certè illud dicatur accidens, quod non est de essentia rei, quæ acceptio nimis est impropria.

Probatum, tum quia dici nequit cuiusmodi sit illud accidens, tum quia diuinum Verbum suppleuisset duntaxat aliquod accidens naturæ humanæ, quod nullus Theologorum admittet.

*Quarta propositio.*

**S**uppositum addit supra naturam singularem modum aliquem existendi actu in se incommunicabiliter alteri supposito distincto, quæ propositio ex superioribus satis manet confirmata.

Explicata subsistentia, de inhærentia accidentis videretur agendum, sed commodius infra, vbi de accidente verba faciemus.

**QVÆSTIO QVARTA.**

*De Entitate.*

**V**T breuiter intelligatur quid sit entitas, à quibus distinguatur, docendum est.

Differt igitur ab essentia, vt modus à re modificata, quia est modus aliquis valdè internus essentiæ, vnde fit vt pro illa non infrequenter sumatur.

Secundò distinguitur ab existentia, quod existentia semper eandem rationem dicat, nempe positionem rei extra suas causas, entitas verò non ita, vt patebit infra.



Tertio differt à subsistentia, & inhærentia, tum quod sint modi existendi, entitas vero essendi, tum quod subsistentia soli substantiæ sit propria & inhærentia soli accidenti, entitas verò vtrique communis sit, id est, locum habeat, tam in substantia, quàm in accidente, licet diuersâ ratione.

Rogabis iam quibusnam rebus tribui possit entitas: ad solutionem quæstionis huius,

Notandum est primò res alias esse spirituales, alias materiales.

Notandum secundò rerum spiritualium quasdam intensionem & remissionem, extensionem item & contractionem suscipere, vt sunt amor & scientiæ alias cuiusuis intensionis esse expertes, vt est Angeli substantia, vnà cum suis facultatibus & potentiis. Quibus positus, sit

*Prima propositio.*

**E**Ntitas reperitur in rebus materialibus & corporeis: explicatur propositio, simulque

Probat, res materiales vel sunt diuisibiles in partes post partes, cuiusmodi sunt tempus & motus, vel in partes intra partes, vt res intensionem & remissionem suscipientes, calor, frigus, & similes qualitates: vel denique in partes extra partes, vt corpus quantitatum: atqui diuisibilitas illa in talibus rebus non attenditur penes illarum essentiam, sed penes entitatem, non enim aliquid corpus habet ab essentia quod sit maius aut minus, nec materia quod sit maior vel minor, nec etiam ab aliquo accidente, puta quantitate, quia esto corpus & materia absque vlla quantitate spectentur, manet tamen corpus vnum altero maius, maior vna materia quàm alia, puta corpus vel materia Elephantis corpore

**E**Ntita  
bus q  
pore



pore aut materiã musculæ. Item quantitas magis interdum exporrecta est, maioresque habet partes, aliquando minores & contractiores: sed hoc non habet ab essentia, quia hæc postulat tantum constitutionem partium extra partes nulla habita ratione maioris vel minoris extensionis illarum, igitur id illi conuenit per aliquem modum ab essentia, proinde modaliter distinctum, quem nos entitatem nuncupamus.

Postremo id patet in qualitatibus, etenim quod vna aliquando sit intensior aliã eiusdem speciei, non potest prouenire ab essentia, quia essentiæ sunt omnino indiuisibiles instar numerorum, itaut nec detractionem nec additionem patiantur, proindeque tantum desumitur ab aliquo modo, nempe entitate.

Obiicies, quod est causa secundum suam essentiam, vt aliquod suscipiat magis & minus, secundum suam eandem essentiam, & vt tale est suscipit magis & minus, iuxta tritum axioma, *propter quod unumquodque tale, & illud magis tale*: atqui qualitas, verbi gratia calor, est causa secundum suam essentiam cur aliquid suscipiat magis & minus, verbi gratia, vnum calidum sit altero calidius, vel minus calidum: ergo qualitas vt qualitas, secundum suam essentiam suscipit magis & minus.

Quicquid sit de maiori, minor neganda est, nam à calore secundum essentiam, res tantum habet quod sit calida, quod verò sit magis, vel minus calida ab entitate caloris.

*Secunda propositio.*

**E**Ntitas reperitur in ijs accidentibus spiritalibus quæ vel intensionem, vel remissionem sus-

**E**



cipiunt, ut amor, scientia, &c. vel extensionem & contractionem, ut sunt duratio, ibi, &c.

Ratio est, quia illa omnia & similia de se, & natura sua non postulant tales affectiones, ac per consequens illis solum adueniunt ratione suarum entitatum.

*Postrema propositio.*

**R**Ebus similiter spiritualibus entitas conuenit. Probatur, ideò supra qualitatibus tam materialibus quàm immaterialibus entitatem attribui-  
mus, quòd modo magis modo minus intendantur, non tamen per essentiam, quod pariter de quantitate diximus, ergo cùm substantiæ spirituales, nempe Angeli & animæ rationales interdum minus, interdum magis extendantur saltem extensione virtuali, non quidem per essentiam, quia ex supradictis essentia sunt indiuisibiles, illis necessario entitas tribuenda erit.

TRACTATUS TERTIVS.

*De essentia & conceptu entis unica disputatione contentus.*

SECTIO PRIMA  
ET SECUNDA.

*De nomine conceptus & existentia.*

**C**onceptus dicit relationem ad mentem concipientem, seu obiecti similitudinem formantem.

Generatim dari patet ex ipsius diuisionibus, quarum generalissima traditur in formalem, & obiectiuum.

Form  
lectu per  
mentis,  
mat, v n  
ua: inte  
ctus ob  
stinction  
iectiuus,  
quia est  
intentio  
cum add  
conceptu  
Vterque  
aliquis p  
ram form  
ctionem e  
matum vo  
ipsum cog  
Secund  
obiectiuu  
conceptu  
re formal  
tudo, & v  
tiuum, &  
locum hab  
ctione exp  
Conceptu  
representat  
verbi gratia  
funditur in  
rebus synon  
ptu obiectiu  
Denique  
quàm forma



*de essentia & conceptu entis.* 67

Formalis conceptus est actualis rei similitudo ab intellectu per intellectionem expressa: ab aliis vocatur actio mentis, estque de facto eius proles, ac eam informat, unde formalis nuncupatus est, & intentio actiua: intentio quidem, quia per eam intendit intellectus obiectum suum percipere: actiua verò ad distinctionem posterioris conceptus, qui dicitur obiectiuus, vocaturque etiam intentio, sed passiuua, quia est id ad quod terminatur ipsa actiua mentis intentio. Dicitur autem conceptus non propriè, sed cum addito, nempe obiectiuus, eo quod sit obiectum conceptum, & per actionem mentis expressum. Vterque conceptus facili exemplo explicari potest: aliquis propositi sibi animalis conceptum & naturam formet, ratio illa quam de eo per suam intellectionem exprimet, seu verbum, vt loquuntur, efformatum vocabitur formalis conceptus, animal verò ipsum cognitum, obiectiuus.

Secundò, vterque conceptus, tam formalis, quam obiectiuus, diuiditur in conceptum re vnum, & conceptum sola ratione vnum. Conceptus vnus re formalis vulgò dicitur qui est vna re ipsa similitudo, & vnum accidens rei conceptæ repræsentatiuum, & hic tam in synonymis quam in analogis locum habet, omnia enim illa vna re ipsa intellectione exprimuntur.

Conceptus verò formalis ratione vnus, ille est qui repræsentat naturam eiusdem rationis in multis, verbi gratia naturam humanam quæ æqualiter diffunditur in singulos homines, & hic conceptus solis rebus synonymis conuenire potest, idem de conceptu obiectiuo seruata proportione dicendum est.

Denique diuiditur conceptus, tam obiectiuus, quam formalis, in conceptum re præcisum, & con-



ceptum sola ratione præcisum. Conceptus re ipsa præcisus dicitur, qui est re ipsa diuersus à quibuslibet aliis conceptibus; qualis est ille quo mens nostra intelligit communem rationem animalis, is enim ab omnibus aliis planè conceptibus est re ipsa distinctus.

Conceptus verò ratione præcisus vulgò describitur, qui nihil eorum includit quæ propria sunt conceptibus, à quibus est præcisus, talis est præfatus animalis conceptus, cum neque rationale neque irrationale (quæ sunt propriae differentiae suorum inferiorum, puta hominis & bruti, à quibus abstrahitur) essentialiter includat, vt habet communis Philosophorum sententia, & nos in Logica probauimus.

## SECTIO TERTIA.

*De essentia conceptus entis.*

### QUESTIO PRIMA.

*De formali entis conceptu.*

**V**T intelligatur quisnam sit formalis entis conceptus tractanda est quæstio, vtum proprias inferiorum entium rationes, ac veluti differentias includat, an verò sit ab illis præcisus & vnus.

Hoc posterius plurimi Philosophi negarunt, Cartesianus opusculo de analogia nominum, & Ferraricus primi contra gentes cap. 34. conceptum duntaxat penes nomen, non autem penes rem ipsam vnus enti tribuentes. Itemque Fonseca, qui distinctum entis conceptum de medio tollens, in illo tantum admisit conceptum, vel planè confusum, qui nempe confusè substantias & accidentia representaret, vel partim distinctum, & partim confu-

sum, qui  
confus

Porro  
Logica  
est ens  
tuitur g  
tium,  
quod al  
infinite  
distinctio  
quentes

**A** Bsc  
Amo

Proba  
tur, qui  
alicuius  
ceptus,  
re ipsa su  
sentatiua

**C** On  
crea

est re ipsa  
Probat  
natura re  
distinctus à  
lis ille en  
rei à conc  
sicut & o  
babitur,  
simè sum



sum, qui distinctè solam substantiam, & accidentia confusè tantum referret.

Porro vt istud commodè, id est fundamentis in Logica positis consentaneè explicetur: Notandum est ens duobus modis accipi, vel pro eo quod statuitur genus respectu substantiæ creatæ & accidentium, & est ens creatum completum, vel pro eo quod abstrahit à completo & incompleto, finito & infinito, estque illis omnibus commune. Ex hac distinctione non modo præsens, sed omnes aliæ sequentes difficultates dependent. Sit itaque

*Prima propositio.*

**A**bsolutè formalis conceptus entis quocumque modo sumatur est re vnus.

Probatur, conceptus, vt supra dixi, re vnus dicitur, qui est vna re ipsa similitudo, vnum accidens alicuius rei repræsentatiuum: atqui notio, seu conceptus, quem de ente efformat intellectus, est vna re ipsa similitudo eiusdem entis expressa, & repræsentatiua, ergo est vnus re.

*Secunda propositio.*

**C**onceptus formalis entis communis Deo & creaturis, enti completo & incompleto, non est re ipsa præcisus.

Probatur, conceptus re ipsa præcisus debet esse ex natura rei, & ante omnem intellectus operam distinctus à quibuslibet aliis conceptibus: sed formalis ille entis conceptus non distinguitur ex natura rei à conceptibus inferiorum, sed ratione tantum, sicut & obiectiuus cui correspondet, vt postea probabitur, ergo conceptus entis formalis communissimè sumpti non est re ipsa præcisus.



Econtrariò verò cùm ens creatum completum distinguatur ex natura rei à suis inferioribus, vt in Logica probatum est, meritò dicitur habere conceptum formalem re præcisum.

*Tertia propositio.*

**C**onceptus entis, saltem est ratione simpliciter vnus præcisus.

Probat, conceptus ille formalis verè dicitur ratione simpliciter vnus & præcisus, qui vnã naturam significat per rationem, ita ab inferioribus præcisam, vt proprias ipsorum rationes nequam includat, sed talis est formalis entis conceptus, ergo, &c. Maior patet ex prædictis. Minor probatur, formalis entis conceptus in se duntaxat includit, quod cuilibet inferiori conuenire potest, quia ens de quolibet inferiori suo essentialiter prædicatur: atqui illud vnum est, nempe esse aliquid extra nihil minimè fictum: nec dicit proprias inferiorum entium, substantiæ verbi gratia & accidentis rationes, substantialitatem & accidentalitatem, seu vt alii loquuntur, perfectitatem, & inalienatam, quia nec accidenti conueniret, cùm accidens non dicat simul perfectitatem & inalienatam, aliàs simul esset substantia & accidens, nec substantiæ pari ratione: ergo formalis entis conceptus significat vnã naturam ab inferioribus ratione simpliciter præcisam, seu peculiare eorum differentias nequam includentem.

Confirmatur, conceptus formalis entis est præcisus ab inferioribus, eorumque differentias non includit, si perfectè ab intellectu possit formari, non cognitis propriis inferiorum differentiis, si enim illas differentias includeret, ipsis incognitis perfe-

etè cog  
habet,

Min  
verè ess  
tia vel a  
bent co

inter m  
substan

men, &

go pote  
cogniti

Obiic

tineat ra

fusè tam

tinet: et

& præci

Nega

bere con

uis spec

ex comm

Q

A

Vtra

**R**Esp

crea

& accide

cùm sit ge

conceptu

sum, sed

tracto à



etè cognosci non posset, vt ex se patet: atqui res ita habet, ergo &c.

Minor probatur, multi certissimè tenent aliquid verè esse ens, ignorant tamen an propriè sit substãtia vel accidens: verbi gratia, omnes pro certo habent cœlorum & elementorum formas esse entia, inter multos tamen ambigitur, an illæ formæ sint substantiæ, an accidentia, verbi gratia, in cœlis lumen, & in elementis quatuor primæ qualitates: ergo potest ab intellectu formari cõceptus entis, non cognitis propriis inferiorum entium rationibus.

Obiicies, licet conceptus entis distinctè non contineat rationes proprias suorum inferiorum, confusè tamen & implicite, seu connotatiuè illas continet: ergo non potest esse ratione simpliciter vnus & præcisus.

Neganda est conseq. genus enim non desinit habere conceptum ratione vnum & præcisum quamuis species suas confusè & connotatiuè includat, ex communi doctrina Logicorum.

## QVÆSTIO SECVNDA.

*De obiectiuo entis conceptu.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sit ratione simpliciter vnus, & præcisus.*

**R**espondeo affirmatiuè, non tantum de ente creato completo respectu substantiæ creatæ & accidentium, de quo non potest esse difficultas, cum sit genus, adeoque synonymum, quod requirit conceptum obiectiuum ratione simpliciter præcisum, sed etiam de ente communissimè sumpto, abstracto à Deo & creaturis.



Prior pars responsionis, scilicet conceptum entis obiectiuū esse simpliciter ratione vnum, probatur: ideò formalis cōceptus est vnus ratione simpliciter, quia obiectiuus, quem repræsentat, est quoque vnus ratione simpliciter: ergo cū supra probatum sit formalem entis conceptum esse vnum ratione simpliciter, idem hic de obiectiuo statuendum est.

Deinde nomine entis intelligimus aliquid aliud à substantia & accidente, vt superius de formali conceptu argumētabamur: ergo obiectiuus ille entis conceptus debet esse ratione simpliciter vnus.

Eodem modo posterior pars responsionis, videlicet obiectiuum entis conceptum esse ratione simpliciter præcisum, ostenditur. Conceptus ille dicitur ratione simpliciter præcisus, qui nihil eorum includit, quæ propria sunt conceptibus à quibus dicitur præcisus: sed obiectiuus entis conceptus est eiusmodi, non enim includit proprias rationes suorum inferiorum, tum quia significaret plura eaque distincta, & sic desineret esse vnus, tum quia in sua inferiora diuidi non posset, cū ex hypothese ea includeret, tum demum quia neque substantiæ, neque accidenti conueniret, cū neutrum vtramque simul rationem substantiæ & accidentis includat, vt de formali argumentabamur.

Obiicies primò secundum Aristotelem & illustriores Peripateticos, ens significat decem prædicamenta: ergo conceptus entis non est simpliciter ratione vnus, & ab inferioribus præcisus.

Respondeo ad antecedens, ens significare decem vulgata, sed non probata prædicamenta, secundum communem rationem essendi, non verò secundum proprias distinctasque rationes, & sic nego consequentiam.

Rursu  
ratione f  
re, illo p  
quod est  
tis nequi

Respo  
enim ens  
ab illis se  
eorum ra  
ne & bru  
non rema  
siderari  
li & irrat

A R T

Utrum  
à s

R Eso  
vide  
positis fu  
si sermo f  
stantiæ c  
præcisum  
bus distin  
ex Logica  
verò aga  
etiam abf  
Respon  
contra Sc  
esse tantu  
distinctur  
rum infer



Rursus obijcies, si conceptus obiectivus entis sit ratione simpliciter præcisus à substantia & accidente, illo præciso substantia & accidens nihil erunt, quod est absurdum: ergo conceptus obiectivus entis nequit ab illis esse præcisus.

Respondeo negando sequelam antecedentis, etenim ens præscindi à substantia & accidente non est ab illis separari, sed est ipsum spectari sine propriis eorum rationibus, sicut animal præscindi ab homine & bruto, non est ab illis separari, quasi amplius non remaneant animalia, sed est ipsum animal considerari sine hominis, & bruti differentiis rationali & irrationali.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Utrum conceptus entis obiectivus sit re ipsa præcisus à suis inferioribus, seu ante mentis operam distinctus.*

**R**esolutio huius quæstionis etiam si quibusdam videatur valde difficilis, mihi tamen nunc suppositis fundamentis superioribus facillima videtur: si sermo sit de ente creato completo respectu substantiæ creatæ & accidentium, habet conceptum præcisum re, id est ante mentis operam ab inferioribus distinctum, quia illorum est genus; genus autem ex Logica distinguitur ex natura rei à speciebus. Si verò agatur de ente communissimè sumpto, ut etiam abstrahit à Deo & creaturis.

Respondeo cum D. Thoma & rota eius schola contra Scotum & Scotistas, conceptum illum entis esse tantum ratione præcisum non re, seu non esse distinctum ante mentis operam à conceptibus suorum inferiorum.



Probatur hæc sententia, primò: si ante opus intellectus conceptus obiectiuus entis distingueretur à conceptibus obiectiuis suorum inferiorum, cum Deus sit vnum ex illis inferioribus, re vera daretur aliquid in Deo, nempe eiusmodi præcisus entis conceptus, ab eo ex natura rei distinctus, sicque verè esset & realiter compositus, cum vera cõpositio, & realis, nihil sit aliud quàm duorum re ipsa distinctorum vnio, quod tamen omnibus Theologis repugnat.

Secundò, si conceptus entis communissimè sumpti esset ex natura rei distinctus à conceptibus entium inferiorum, puta Dei, & creaturarum, vel illa ab ipso ente se totis & adæquatè distinguerentur, vel per inclusionem alicuius in vno, quod non esset in alio, sed ab eo esset diuersum, at neutro modo: ergo, &c. Maior patet, Minor probatur quoad priorrem partem, quia alioquin ens in illis suis inferioribus non includeretur, & sic illa forent non entia, quod satis apparet falsum.

Probatur item quoad posteriorem partem: illa entis inferiora nihil includunt præter ens communissimè sumptum, nam quod est præter tale ens nihil est: ergo nihil est in inferioribus entis quod sit distinctum ab ente communissimè sumpto, ergo non distinguitur per inclusionem alicuius quod realiter sit in vno, & non sit realiter in alio, proindeque conceptus obiectiuus entis nullo pacto est re ipsa à suis inferioribus præcisus.

Obijcies primò, ea sunt re ipsa distincta, quæ sunt re ipsa separabilia: atqui conceptus entis est re ipsa separabilis, tum à Deo, quia extra illum, nempe in creatura reperitur, tum à creatura, quia pariter extra illam in Deo locum habet, ergo est re di-

distinctus  
Respo  
in Deo, n  
aut è con  
entis gra  
Secun  
natura re  
Deus & c  
hoc absur  
rei non p  
scriminis  
priis ratio  
& creatur  
rationibu  
Disting  
tura in en  
à parte rei  
tionis, seu  
go: ad ante  
spondend  
pium conti  
scrimen sit  
lis, conced  
nientia  
tura, nam  
ente conu  
Deniqu  
tura rei di  
verbi grati  
& entis: se  
minor, si p  
& entis, qu  
tuum, hab  
que verè est



distinctus & præcisus à Deo & creatura.

Respondeo negando minoré, ens enim, quod est in Deo, non separatur ab illo ut ponatur in creatura, aut è contra, sed per rationem tantum abstrahitur entis gradus, & cum Deo, tum creaturæ attribuitur.

Secundò obijcies, si conceptus entis non esset ex natura rei distinctus à conceptibus Dei & creaturæ, Deus & creatura non possent inter se conuenire: at hoc absurdū, ergo, &c. Maior probatur, idem à parte rei non potest esse principium conuenientiæ & discriminis, ergo si ens sit idem ex natura rei cum propriis rationibus Dei & creaturæ, non poterunt Deus & creatura in ente conuenire, cum in propriis suis rationibus distinguantur.

Distinguenda est maior, non possunt ens & creatura in ente conuenire, conuenientia rei, seu quæ sit à parte rei, concedo, conuenientia verò tantum rationis, seu quæ sit tantum beneficio intellectus, nego: ad antecedens probationis simili responsione respondendum, idem à parte rei non potest esse principium conuenientiæ & discriminis, si non modò discrimen sit reale, sed ipsa etiam conuenientia sit realis, concedo: si verò solum discrimen sit reale, & conuenientia rationis, nego. Ita se habent Deus & creatura, nam realiter distinguuntur, & sola ratione in ente conueniunt.

Denique obijcies, si conceptus entis non sit ex natura rei distinctus à conceptibus inferiorum, Dei, verbi gratia, per idem Deus constituetur in esse Dei & entis: sed hoc dici nequit, ergo, &c. Probatur minor, si per idem Deus constitueretur in esse Dei & entis, quicquid haberet essenziale entis constitutum, haberet etiam constitutiuum essenziale Dei, sicque verè esset Deus: atqui hoc falsum, quia creatura



habet essentialia constitutum entis non tamē Dei, nec Deus dici potest, ut constat, ergo Deus per idem non constituitur in esse entis & Dei.

Maior est distinguenda, si conceptus entis non esset ex natura rei distinctus à conceptu Dei, verbi gratia, Deus constitueretur in esse Dei & entis per idem, re ipsa concedo, ratione nego. Etenim Deus in esse entis constituitur per præcisam entis rationem, in qua nulla inuoluitur peculiaris inferiorum ratio, & in esse Dei per propriam suam & peculiarem rationem, scilicet infinitatem, licet interim duæ illæ rationes entis & Dei solo rationis discrimine separarentur. Ad probationem nego sequelam maioris, cum enim ratio deitatis sit peculiaris, & non includatur in illa ratione entis, quæ per intellectum abstrahitur ab inferioribus, potest creatura habere rationem illam communem & constitutum entis sine ratione, & constitutum diuinitatis.

## SECTIO QUARTA.

*De affectionibus conceptus entis.*

**R**ogabis primò quomodo ens contrahatur ad sua inferiora.

Antequam quæstioni respondeatur, repetenda est supradicta distinctio; ens sumitur vel pro ente creato completo, quod est genus, vel pro ente communiùs sumpto, ut conuenit tam enti creato, quàm increato, tam creaturæ, quàm Deo: si sermo sit de ente creato completo soluitur sine labore quæstio, concludendo ipsum ad inferiora contrahi per veras differentias, scilicet per perfectitatem ad substantiam, & per inalienitatem ad accidens.

Ratio est clara ex dictis in Logica, genus omne



contrahi debet ad sua inferiora per veras differentias, sed ens creatum completum est genus ex Logica, ergo debet contrahi ad sua inferiora per veras differentias.

Dices differentias illas esse entia, ergo includere suum genus, quod est ens contra rationem differentia.

Distinguo antecedens, differentia illa inferiorum entis creati completi sunt entia incompleta, concedo, completa nego, ad consequentiam, ergo includunt suum genus, nego: quia illud genus est ens completum, non autem incompletum, aut à completo & incompleto abstractum.

Si verò agatur de ente communissimè sumpto respondeo non contrahi per differentias, sed per modos intrinsecos.

Prior pars probatur, nulla differentia debet includere suum genus ex communi doctrina Logicorum, sed nulla est inferiorum entis communissimè sumpti differentia, quæ ipsum ens non includat, aliàs nihil esset, ergo, &c.

Confirmatur, genus & differentia distinguuntur ex natura rei, ergo si darentur in omnibus inferioribus entis, in Deo verbi gratia, Deus ex duobus ex natura rei distinctis coalesceret, sicque esset compositus, contra Theologos.

Posterior verò explicatur. Ens contrahi per modos intrinsecos est contrahi per modos, in quibus includatur, quos verò non includat, sed ita se habet ens respectu suorum inferiorum, quia contrahitur ad illa, nempe ad ens finitum & infinitum per finitatem & infinitatem, in quibus necessariò includitur, à quibus tamen ex superioribus ratione simpliciter præcisum est, ergo ipsum ens cõmunissimè



sumptum contrahitur ad sua inferiora per modos intrinsecos.

Suarez dicit hanc fieri contractionem entis ad sua inferiora per conceptus expressiores, id est ens commune contrahi ad ens finitum, & infinitum per conceptus expressiores, seu magis determinatos entis, scilicet finitatem & infinitatem. Hoc sanè verum est, & cum nostra sententia coincidit, differtque tantum in loquendi modo, quem vobis ad libitum eligendum relinquimus.

Rogabis secundò, vtrum ens prædicetur de differentiis vltimis, & in illis includatur.

Negat tota Scoti familia in primum dist. 3. qu. 3. affirmat e contra tota D. Thomæ schola, vtramque opinionem nostrâ distinctione conciliabimus.

Si sumatur ens creatum completum, non includitur in vltimis differentiis, quia illæ sunt entia incompleta, non autem completa, quod sibi fortasse voluit Scotus. Si verò intelligatur ens communissimè sumptum, illud necessariò includitur in differentiis vltimis, secundum mentem D. Thomæ.

Probat, differentia illæ vltimæ sunt reales, tum quia realiter species infimas constituunt, & distinguunt, tum quia sunt radices proprietatum realium, ergo debent includere communissimam illam saltem entis rationem.

Obijcies, differentia vltimæ sunt se totis diuersæ ex communi sententia Philosophorum, ergo in nullo conueniunt, proindeque in se non habent communem entis rationem.

Distinguo consequentiã, differentia vltimæ in nullo conueniunt realiter, concedo, ratione, nego, scilicet in communi gradu entis per rationem abstracto.

Hæc de conceptu entis.



TRACTATUS QUARTVS  
ET POSTREMVS.

*Vnica disputatione contentus: De affectionibus & proprietatibus entis.*

SECTIO PRIMA

*De proprietatibus entis in vniuersum.*

QVÆSTIO PRIMA  
ET SECUNDA.

*De nomine & existentia proprietatum entis.*

EX doctrina Logicorum proprietas est illa quæ ita concomitatur essentiam à qua profluit, vt cum ea reciprocetur, vt se habet risibile comparatione hominis. Speciatim proprietas entis est aliquid, quod naturam entis perpetuo consequitur, vt vnitas, veritas & bonitas: has entis proprietates existere progressus satis declarabit: hic statuendum quo numero contineantur. Quod vt præstemus commodius, sit

*Prima propositio.*

Proprietates entis sunt in duplici differentia, alia complexæ, alia incomplexæ. Probatur, quia quædam attribuuntur enti, ita vt sine disiunctione ei conueniant, vt tres assignatæ vnitas, verum, bonum, & hæ dicuntur incomplexæ: alia ei sic attribuuntur, vt non nisi cum disiunctione ipsi conueniant, vt esse actu vel potentia, idem vel diuersum, necessarium vel contingens, & illæ complexæ proprietates nuncupantur.



## Secunda propositio.

**T** Res sunt verè incomplexæ entis proprietates, nempe vnum, verum, bonum, & præter eas nullæ aliæ sunt admittendæ. Ratio prioris partis est, quia illæ assignatæ reciprocantur cum ente, nec tamen sunt de interna eius essentia, quod sufficit ad rationem veræ proprietatis, atque hæc ratio ex infra dicendis magis innotescet. Posterior verò pars probatur, nam si quæ aliæ præter assignatas deberent admitti incomplexæ entis proprietates, maximè hæ, *res, aliquid, ubi, duratio*: sed illæ non sunt admittendæ: ergo nullæ. Probatur minor quoad singulas partes, & primò quoad *res*, videtur illa esse cum ente synonyma, ita vt hæc duo de se inuicem non nisi identicè prædicentur, proindeque res non potest dici proprietas entis.

Dices secundum doctrinam D. Thomæ, ens & res in eo discrepare, quod res abstrahat ab existentia, ens verò non item, sed existentiam actualem semper secum inuoluat.

Verùm quicquid sit de ista D. Thomæ doctrina, quam hoc loco probare, aut reprobare nolumus, in ea tamen non sequitur rem esse proprietatem entis, potius enim sequitur rem esse attributum maximè quidditatum, & significare essentiam ab actuali existentia præcisam, quæ maximè essentielle attributum est.

Secunda verò pars minoris, videlicet *aliquid* non posse constituere distinctam aliquam incomplexam entis proprietatem, ostenditur, nam aliquid vel eo modo sumitur, vt sit idem ac habens quidditatem, seu essentiam, quo pacto contradictoriè nihilo opponitur, vnde oportet, vt quia nihil dicitur quod  
nullam



*de affect. & proprietatib. entis.* 81

nullam habet entitatem & essentiam, aliquid sit id quod habet aliquam entitatem & quidditatem: vel sumitur aliquid ita ut sit idem ac *aliud quid*: quo pacto conformius primæ suæ impositioni accipitur, sicque significat negationem identitatis cum alio, quam quidem superaddit enti. Iam si *aliquid* priori modo sumatur, apparet illud esse attributum omnino essenziale & quidditativum, non autem proprietatem, ut habet Fonseca 4. metaph. cap. 2. q. 3. sect. 2. Si verò posteriori modo accipiatur debet ad vnum reuocari, ut quidpiam ipsum consequens: vnum enim dicit negationem multitudinis, & ex consequenti negationem identitatis cum alio, sicque non est necesse, ut *aliquid* inter ipsas incomplexas entis proprietates numeretur.

Tertia pars eiusdem minoris, quæ est de duratione, suadetur, tum quia multi opinantur durationem non distingui ab existētia, quæ sanè non est proprietatis entis, tum quia estò duratio accipiatur prout formaliter ab existentia distinguitur, quod probabilius est, tunc erit aliquod accidens, & non proprietatis entis, tum demum quia duratio non conuenit omni enti reali, nempe essentiis realibus, quas ante singularium existentiam statuimus, cum reali duratione non durent, sed imaginariâ tantum.

Ultimam denique partem minoris, quæ est de *vbi*, facile est demonstrare, tum ex eo quod solis rebus existentibus conueniat, non autem essentiis realibus secundum se consideratis, tum etiam quia nequidem omni enti existenti competit, nempe Deo qui quoniam ubique est, in nullo *vbi*, siue definitiuo, siue circumscriptiuo existit.

Dices præter tres illas incomplexas proprietates entis, vnum, verum, bonum, has posse numerari,



esse idem, esse diuersum, esse intelligibile, esse amabile, &c. ergo plures esse incomplexas entis proprietates tribus assignatis.

Respondeo ad antecedens, ea quæ numerauimus non statui tamquam distinctas proprietates entis, vel quia per se & necessariò non attribuuntur enti, vt sunt identitas, & diuersitas, prout sumuntur pro relationibus & respectibus rationis, fingere enim mens nostra potest relationem identitas eiusdem ad seipsum, & diuersitatis ab alio, quamuis hæ non illi per se, sed per quamdam tantum intellectus reflexionem competant, vel quia reuocantur ad tres superius allatas ratione fundamenti quod habent in rebus, sic identitas & diuersitas possunt constitui proprietates entis, sed reuocandæ sunt ad vnitatem: intelligibilitatem ad veritatem, & amabilitatem ad bonitatem pari iure referas.

### QVÆSTIO TERTIA ET QUARTA.

*De essentia & affectionibus proprietatum entis.*

**Q**uod spectat ad essentiam sint ne illæ reales, necne, grauis est controuersia inter Scotistas, & Thomistas, Scotistis negantibus, Thomistis verò affirmantibus.

Verùm quia tota illa disceptatio fere videtur esse de nomine, idcirco lubet illam vnica distinctione clarè componere, notando scilicet proprietates entis bifariam considerari posse, primò adæquatè, pro eo omni quod inuoluunt, secundò inadæquatè, pro eo quod enti superaddunt: verbi gratia vnū spectari posse, vel adæquatè pro ente indiuiso, vel inadæquatè pro ipsamet indiuisione quam enti superaddit.  
Hinc sic



*Prima propositio,*

**E**Aque Thomistarū doctrinæ consentanea, proprietates entis adæquatè sūptę debēt esse reales. Probatur, proprietates sic sumptę includunt rationem entis, cum speciali modo quem ei superaddunt, verbi gratia vnum includit ens cūm indiuisiōne, ergo sic sumptę debent esse reales.

*Secunda propositio.*

**S**I proprietates entis inadæquatè accipiantur pro eo quod enti superaddunt proculdubio non possunt esse reales.

Probatur, proprietates entis superaddunt tantum enti vel negationem aliquam, vt vnum negationem diuisionis, vel respectus aliquos rationis, vt verum respectum conformitatis rei intellectę cum intellectu cognoscente, & bonum respectum conuenientię cum appetitu, igitur illę entis proprietates inadæquatè sumptę, non possunt esse reales, atque hoc totum apertius fiet ex disputatione peculiari de qualibet ipsarum proprietatum entis.

Hinc sequitur, quę est potissima affectio proprietatum entis, *vnum, verum, bonum*, non distingui ab ente ex natura rei, tum quia distinctio eiusmodi est tantum, inter ea quę sunt natura distincta: manifestum autem est proprietates entis non habere naturam aliam ab ente, cūm ei nihil reale superaddant, tum etiam quia proprietates illę in Deo ex natura rei distinguerentur, quia (vt iam diximus) quod conuenit enti, vt ens est, conuenire debet omnibus inferioribus entis, quod tamen ab omnibus Theologis impugnatur.



## SECTIO SECVNDA:

*De proprietatibus entis speciatim.*

## QVÆSTIO PRIMA:

*De simplicibus entis proprietatibus.*

## ARTICVLVS PRIMVS

*De Vno.*MEMBRVM PRIMVM  
ET SECVNDVM.*De nomine & existentia vnitatis.*

**V**Nitas idem est ac entitas indiuisa in se, quare vnum id erit, quod est, & in se indiuisum, vt Petrus, Bucephalus: vnitatis sic exposita ne vnus quidem est qui eam existere neget, cum in omnibus rebus inueniatur.

## MEMBRVM TERTIVM.

*De essentia vnitatis.*

**R**Ogabis primò, an vnitas sit adæquata entis proprietatis.

Respondeo affirmatiuè, proboque primò, illa proprietatis est adæquata suo subiecto, quæ illud semper, & necessariò comitatur; atqui vnum ita se habet respectu entis, ens enim sine vno reperiri nequit, vt habet Aristoteles 4. Metaph. c. 2. ergo, &c.

Probatum secundò, quodlibet ens est indiuisum in se, si enim diuidatur iam desinet esse ens, & continuo fient entia, ergo quodlibet ens vnum est, proindeque vnitas est adæquata entis proprietatis.

Ro  
RelE A  
in  
aliquo  
ne distPric  
ram ve  
rato ni  
vt pate  
ergo vi  
go null  
ipfi supPoste  
est pol  
addatu  
gatio d  
assigna  
ne distiObij  
est nega  
ipfa ind  
quid poRespo  
potest v  
nantur  
rius, qu  
diuisionegatio  
Insta  
vno pa  
aliquid



Rogabis secundò, quid vnum addat supra ens.  
Respondeo triplici propositione.

*Prima propositio,*

**E**Aque contra Scotum, 4. Metaph. quæst. 1. & in 2. dist. 3. & alios, vnum supra ens non addit aliquid positium, & ab eo ex natura rei, vel ratione distinctum.

Prior pars probatur, vnum nequit habere naturam verè ab ente distinctam, quia ente ab eo separato nihil remanet nisi negatio quædam diuisionis, vt patet ex dictis, & amplius confirmabitur infra, ergo vnum non distinguitur ex natura rei ab ente, ergo nullum positium ab eo, ex natura rei distinctum ipsi superaddit.

Posterior verò pars probatur, nullum cogitari potest positium, quod formaliter sit in vno, & superaddatur enti: siquidem præter ens sola remanet negatio diuisionis in se, vt iam diximus, ergo nullum assignari potest positium etiam ab ente sola ratione distinctum, quod vnum ipsi enti superaddat.

Obijcies, oppositum indiuisiois, nempe diuisio, est negationum, dicit enim negatiuam vnionis, ergo ipsa indiuisio, quam vnum superaddit enti, erit aliquid positium.

Respondeo negando consequentiam, fieri enim potest vt duæ negationes sibi aliquo pacto opponantur, quatenus vna importat negationem alterius, quo pacto habent se diuisio & indiuisio, quia diuisio dicit negationem vnionis, indiuisio verò negationem talis negationis.

Instabis, ergo indiuisio in se nihil est aliud quàm vnio partium, aut graduum essentialium, ergo est aliquid positium. Negari debet consequentia,



quia imprimis non tantum indiuisio in se, & vnitas locum habent in ipsis rebus quæ constant multis partibus & gradibus vnitis, sed in ipsis quoque simplicissimis gradibus qui ex aliis vnitis non congruunt. Deinde quia indiuisio est modus resultans ex vnione aut identitate rerum secum ipsam vnionem & identitatem præsupponens, & nihil aliud addens quàm eiusmodi negationem diuisionis in se.

*Secunda propositio.*

**V** Num addit supra ens negationem diuisionis in se, quod negationem addat satis intelligitur ex præcedenti propositione, an verò illa negatio sit diuisionis in se, vel alia, obscurum est: quæ obscuritas vt amoueatur,

Notandum est aliud esse dicere negationem diuisionis in seipso, aliud negationem diuisionis à seipso, prior enim negatio magis declarat naturam vnus, quàm posterior quæ tam in vno propriè dicto, quàm impropriè reperitur, vt patet in aceruo lapidum, qui quamuis minus perfectam rationem vnus possideat, quàm vnus lapis, æquè tamen à se est indiuisus.

Ex quo simul patet veritas propositionis, nempe negationem diuisionis in se eam esse, quam vnum formaliter superaddit enti, eo enim ipso quod ens vnum est, in se est indiuisum.

*Tertia propositio.*

**N**egatio quam vnum dicit, se habet ad modum priuationis. Explicatur propositio, priuatio communiter dicitur aduenire reali subiecto, vt patet; pura verò negatio id non postulat, chimæra enim habet negationem hominis, nec tamen realis est, er-

go cum  
nempè  
& ad ill  
tionere

Dixi p  
priuatio  
illam re  
ita esset

subiecto  
absurdu  
nec tam

Roga  
solam d  
hanc qu

Nota  
pra ens  
formali

ti supera  
supra ar  
rationa

Hoc p  
tentia i  
secæ, &

negatio  
Con

rum lo  
mus vn  
gatione

Prob  
vnitas i

Prob  
butis, er  
nam qu  
cludit e



ergo cum negatio quam dicit vnum, subiecto reali, nempe enti adueniat, imitatur naturam priuationis, & ad illius modum se habet, in eoque à mera negatione recedit.

Dixi per modum priuationis, non enim est pura priuatio, quæ dicit carentiam formæ in subiecto ad illam recipiendam idoneo, etenim si indiuisio in se ita esset pura priuatio, negaret semper diuisionem de subiecto ad illam recipiendam idoneo, quod tamen absurdum est, cum Deus sit in se maximè indiuisus, nec tamen capax vllius diuisionis,

Rogabis tertio, vtrū vnum de formali sua ratione solam dicat negationem. Ne quis autem existimet hanc quæstionem cum præcedenti coincidere,

Notandum est aliud esse vnum addere tantū supra ens negationem diuisionis in se, aliud vnum de formali ratione solam dicere negationem quam enti superaddit, sicut aliud est dicere hominem addere supra animal solum rationale, & aliud dicere solum rationale esse de formali ratione hominis.

Hoc posito, de quæstione proposita duæ sunt sententiæ inter se oppositæ: Prior Scoti, Caietani, Fonseca, & aliorum, vnum includere formaliter solam negationem quam enti superaddit.

Contraria sententia Ianduni, & multorum aliorum longè probabilior est, iuxta quam concludimus vnum de formali ratione non dicere solam negationem, sed entitatem ipsam sub negatione.

Probat, vnum formaliter dicit vnitatem, sed vnitas includit entitatem sub negatione, ergo, &c.

Probat minor, vnitas est vnum ex diuinis attributis, ergo debet includere entitatem siue essentiam, nam quodlibet Dei attributum diuinam ipsam includit essentiam, omniaque Dei attributa.



Instabis, per id tantum formaliter constituitur vnum, per quod distinguitur, atqui per solam negationem diuisionis distinguitur ab aliis, non per entitatem quæ omnibus communis est, ergo, &c.

Negandum est antecedens, aut distinguendo vnum tantum formaliter constituitur per id per quod distinguitur: si formaliter sit per formam concretam, hoc est differentiam componentem, concedo; si formaliter verò dicatur per formam abstractam, nego; explico exemplo: homo constituitur formaliter, aut per rationale, quod vocari potest forma concreta, aut per humanitatē, quæ est forma abstracta. Si quis nunc argueret, homo formaliter constituitur per id, per quod distinguitur: iam si distingues: si formaliter sit per formam concretam, nempe rationale, leue est, quia talis forma constituens etiam distinguitur: si formaliter sit per formam abstractam, nimirum humanitatem, falsum, quia humanitas præter rationalitatem homini propriam, dicit animalitatē omnibus animalibus communem. Si dicas de vno, formaliter constituitur per id, per quod distinguitur: si formaliter dicas per formam concretam, quæ se habet instar differentię, leue est, & illa est negatio: si dicas formam abstractam, falsum, quia illa simul entitatem dicit & negationem.

Obijcies, illud solum continetur in vno formaliter, quod illud formaliter constituit: sed vnum constituitur formaliter per solam negationem, ergo, &c.

Respondeo negando minorem, vnum enim constituitur formaliter per suam entitatem indiuisam, non verò per negationem simpliciter.

M

O M  
tun  
à quocun  
ex natur  
dem pol  
fertur, qu  
negatio,  
ex natura  
præceder

B

De v

N Ota  
nis  
alterum.

Extern  
rum ex pa  
suum con  
uiduation  
præsentiv  
Forma  
Quæ quid  
ribus indi  
nō est quæ  
intrinsecē  
tentio & d  
menta nos  
de vniuers  
explicatur



M E M B R V M Q V A R T V M.

*De affectionibus unitatis.*

**O**Mnes illæ affectiones, quæ unitati tribuuntur, ferè patent ex dictis, vt quod ens diuisum à quocunque alio reddat, & quod non distinguatur ex natura rei ab ente, sed ratione tantum, cuius quidem posterioris affectionis non inualida ratio affertur, quod præter ens in vno nihil reperiatur, nisi negatio, quâ adiunctâ vnum nequit formaliter, & ex natura rei distingui ab ente, quod satis sectione præcedenti fuit confirmatum.

B R E V I S A P P E N D I X.

*De unitate singulari, & numerica, seu principio  
indiuinationis.*

**N**Otandum est duplex constitui indiuinationis principium, alterum internum, externum alterum.

Externum rursus duplex, vnum ex parte rei, alterum ex parte nostri. Illud est causa efficiens, quæ per suum concursum dat rebus singularitatem & indiuinationem, hoc verò, illa sunt accidentia, quæ in præsentis versiculo continentur.

*Forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus.*

Quæ quidem accidentia simul omnia eadem in pluribus indiuiduis simul reperi non possunt. De hoc nõ est quæstio, sed de intrinseco quod indiuiduum intrinsecè constituit, de quo quidem mira est contentio & dissentio, sed longè facilius iuxta fundamenta nostræ sententiæ in Logica posita, disputat. de vniuersalibus à nobis componitur, & breuius explicatur.



Dicendum enim est differentiam individualemente esse differentiam aliquam inferiorem differentiâ specificâ, individuum formaliter in esse individui constituentem, & ipsum ab aliis quibuscumque distinguentem, quam quidem poteris cum Scoto vocare *hæccitatem*, seu facientem hoc, quæ quidem differentia commodè explicatur per comparationem ad differentiam specificam, ut enim in specie præter genus requiritur aliqua differentia per quam constituatur, & à rebus aliis distinguatur, ita & in individuo præter speciem requiritur aliqua differentia qua constituatur in esse individui, & ab aliis seiungatur, neque vlla legitima quoad hoc inter speciem, & individuum assignari potest disparitas, & ad huius rei confirmationem faciunt rationes in Logica traditæ, ut probaretur dari vniuersale in singularibus ante mentis operam.

Hoc autem est discriminis inter differentiam specificam, & individualemente, quod specifica sit rei in esse essentiæ, seu illi conueniat, ut secundum essentiam suam consideratur; individualis verò sit rei secundum esse existentiam, seu conueniat tantum rei existenti: proindeque dicat existentiam, imò sit ipsa existentia hæc, & particularis, quæ addita naturæ communi specificæ facit individuum, verbi gratia, existentia Petri ut hæc, & particularis addita communi humanitatis gradui facit Petrum, tanquam differentia eius individualis.

Obiicies, existentia etiam hæc supponit naturam singularem, ergo non est differentia singularis & individualis.

Probatur antecedens, existentia est rei singularis, ergo supponit rem singularem.

Negandum est antecedens obiectionis, & distin-

guendu  
hæc est  
suppon  
quem su  
Vrga  
quadam  
laris, er  
Negat  
hæc sit d  
diuidua,  
laritate  
vnum fe  
Ex ha  
corruun  
decantat  
quantita  
diuiduur  
signata,  
conferat  
quantitat  
dui contri

A R

V Eru  
dan  
cognosce  
Prior v  
mus veru  
respondet  
Posterior  
pacto dici  
test intelle



guendum antecedens probationis, existentia etiam hæc est rei singularis, quam facit, concedo, quam supponit, nego, sicut rationale est hominis, non quem supponit hominem, sed quæ facit hominem.

Urgebis, existentia etiam hæc eget differentia quadam individuali, ut sit hæc individua, & singularis, ergo non est differentia individualis.

Negandum est antecedens, cum enim existentia hæc sit differentia individualis, & id quo res est individua, per seipsam & sine alia hæc ceitate, ac singularitate est hæc, & individua, sicut vnitas quæ facit vnum seipsa, & sine vlla alia vnitate vna est.

Ex hac sententia sic confirmata reliquæ omnes corruunt, potissimum illa multum apud Thomistas decantata, de materia signata seu de materia tali quantitate affecta, re vera enim manifestum est individuum non esse individuum à sola materia etiam signata, cum etiam forma ad eius individuationem conferat, & præterea quia cum Angeli materiâ, & quantitate careant, non essent singulares & individui contra omnium sententiam.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De Vero.*

**V**erum nihil est aliud, quàm conformitas quædam, siue cum exemplari, siue cum intellectu cognoscente.

Prior veritas vocatur in essendo, quomodo dicimus verum aurum illud esse, quod conforme est, & respondet idææ veri auri, quæ est in mente diuina.

Posterior veritas vocatur in cognoscendo, quo pacto dicimus rem veram esse, quia conformari potest intellectui cognoscenti,



Rursus, veritas in essendo duplex, altera transcendentalis, quæ conuenit omni enti, quatenus vel est essentia diuina, quæ absolutè vera est, vel illam imitatur tanquam exemplar absolutissimum: alia est peculiaris, quæ tali enti conuenit, quatenus imitatur peculiare suum exemplar in Deo existens, quomodo dicimus aurum censerì verum, quod est conforme idææ, quam Deus de illo habet: idem dicas de cæteris rebus.

Ex hoc intelligitur verum ipsum in essendo addere supra ens respectum illum conformitatis cum suo exemplari. Potest etiam dici quod respectum conformitatis addat cum intellectu cognoscente, siue actuali, siue aptitudinali, quia nulla res dici potest, quæ de se conformari non possit intellectui, vel actu cognoscenti, vt est diuinus, vel aptitudine, vt alius quilibet intellectus, qui non necessario in actu intelligendi versatur. Vnde & veritas in essendo dici etiam potest in cognoscendo, sed passiuè, quod scilicet possit ab intellectu cognosci, propriè tamen distinguitur à veritate cognitionis seu in cognoscendo, quod veritas cognitionis propriè dicta, non sit in obiecto respectu intellectus cognoscentis, sed è cōtrario in actu intellectus respectu obiecti quod percipit, vt est. Ex quo patet posse etiam distingui duplicem veritatem cognitionis, alteram obiectiuam & passiuam, quæ est conformitas obiecti cum intellectu, alteram formalem & actiuam, quæ est conformitas intellectus cum obiecto intellecto.

Rogabis an veritas sic explicata, sit adæquata entis proprietas, & cum ipso reciprocetur.

Respondeo affirmatiuè, siquidem nullum est ens quod non sit verum, id est non sit aptum conformari alicui intellectui, in quo sita est ratio veritatis, &

vice ve  
ens.

Rog  
aff  
rum, q  
chalcum  
non est

Roga  
res aliqu  
entitate

Respo  
cum exer  
modo ve

Roga  
falsitas.  
est expli

Falsit  
uinu  
cticum.

Probat  
gnoscit e  
gnoscent  
litas.

Falsit  
& diu  
tas est, sec  
Proba  
interdun



vice versa nulla res vera dici potest, quæ non sit  
ens.

*APPENDIX DE FALSO.*

**R**ogabis primò an detur falsitas. Respondeo  
affirmatiuè, quia sicut diximus aurum esse ve-  
rum, quod respondet veri auri principiis, sic auri-  
chalcum esse falsum, & adulterinum aurum, quia  
non est conforme internis auri principiis.

Rogabis secundò quæ sit illa forma, per quam  
res aliqua dicitur falsa: seu quid falsum addat supra  
entitatem rei, quæ falsa dicitur.

Respondeo esse negationem conformitatis, tam  
cum exemplari, quàm cum intellectu cognoscente,  
modo veritati opposito.

Rogabis tertio in quibusnam rebus inueniatur  
falsitas. Hæc petitio sequentibus propositionibus  
est explicanda.

*Prima propositio.*

**F**alsitas non conuenit rebus per ordinem ad di-  
uinum intellectum, siuè speculatiuum, siuè pra-  
cticum.

Probat, diuinus intellectus speculatiuus res co-  
gnoscat eo modo quo sunt, practicus veras facit co-  
gnoscendo, ergo per illum ordinem nulla est fal-  
sitas.

*Secunda propositio.*

**F**alsitas non tantum reperitur in compositione  
& diuisione intellectus, qua de re nulla difficul-  
tas est, sed etiam in simplicibus mentis conceptibus.

Probat, per simplicem mentis conceptum res  
interdum aliter intelligitur, quàm vt se habet à



parte rei, verbi gratia, sæpè canis pro lupo primo intuitu apprehenditur, ergo simplex ille mentis conceptus potest admittere falsitatem.

Confirmatur, quod est dirigibile per præcepta debet esse capax alicuius falsitatis, sed simplex mentis conceptus, seu prima operatio, est dirigibilis per Logicæ præcepta, vt in proprio loco docuimus, ergo, &c.

Rogabis quartò quomodò opponatur veritas & falsitas. Respondeo opponi priuatiuè, & falsitatem dicere priuationem veritatis, etenim veritas dicit conformitatem rei cum exemplari & intellectu, falsitas negat de eadem re vtramque conformitatem.

Rogabis vltimò vnde oriatur falsitas. Respondeo, quemadmodum duplici via veritas acquiritur, inuentione scilicet & disciplinâ: sic dupliciter falsitatem contingere, & propter malam experientiam ac inuentionem, tum etiam propter defectum præceptoris, qui rem aliter quàm se habet, doceat.

### ARTICVLVS TERTIVS.

#### De Bono.

**D**E Bono ex professo morales Philosophi disputant, docentque in quo sita sit eius essentia, quæ sint definitiones & proprietates, necnon etiam diuisiones. Itaque ne actum agere videamur iis, quæ in Ethica dicta sunt, vnicam adiungemus difficultatem, an bonitas sit adæquata entis proprietas. Cui

Respondeo affirmatiuè, proboque, illa est adæquata entis proprietas, quæ recipitur cum ente: atqui bonitas recipitur cum ente, nam om-

ne ens e  
&c.

Dice  
ex illo C  
erat ei si

Respo  
quo est  
nec abso  
moralite  
nunquam  
tradidiss

De m  
Ethicis,  
temus di

Q

A

De eode

**H**ic p  
ueri

nonnulla  
ex distinc

Notan  
sue in ma  
sunt, & è  
ueniunt, v

Hac ob  
pter diuer  
res vtitur  
enim Tho



ne ens est bonum, & omne bonum est ens, ergo,  
&c.

Dices bonum etiam priuationi attribui, vt patet  
ex illo Christi Domini de Iuda Matth. 26. *Bonus  
erat ei si natus non fuisset homo ille.*

Respondeo bonum eo modo priuationi attribui,  
quo est ens, scilicet improprie & analogice tantum,  
nec absolute bonum esse Iudam non existere, sed  
moraliter, quia si nunquam natus ille fuisset,  
nunquam Christum Dominum Iudæis, & morti  
tradidisset.

De malo similiter agendum necessario fuit in  
Ethicis, & propterea male de illo nouam propone-  
remus disputationem.

## QVÆSTIO SECVNDA.

*De complexis entis proprietatibus.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De eodem & diuerso, potissimum de diuersis distin-  
ctionum generibus.*

**H**ic præsertim agimus de distinctionis, seu di-  
uersitatis generibus, tum quia de identitate  
nonnulla iam attulimus, tum quia identitatis genera  
ex distinctionum generibus possunt satis intelligi.

Notandum verò illa eadem dici, quæ in aliquo,  
siue in materia, siue in genere, siue in specie vnum  
sunt, & è contrario illa haberi diuersa, quæ non cõ-  
ueniunt, vel in materia, vel in specie, vel in genere.

Hac obseruatione præmissâ valdè est difficile pro-  
pter diuersitatem terminorum, quibus varij autho-  
res vtuntur, vera distinctionũ genera assignare, aliter  
enim Thomistæ, aliter Scotistæ vnam distinctionẽ



nuncupant, vt patet in distinctione formali, & reali quæ à Scotistis simpliciter vocatur formalis & realis: à Thomistis verò realis formalis, & realis materialis: & quamuis vterque loquendi modus sit satis idoneus, placet tamen modum Scotistarum seligere & vnam tantum ponere distinctionem realem, quæ sit inter ea, quæ mutuò separari possunt: aliam verò nuncupare simpliciter formalem, quæ inter illa intercedat, quorum essentialis definitio diuersa est.

Si de distinctionibus generaliter sumptis sermo habeatur, omnis distinctio ad duo capita reuocari potest, ad distinctionem realem, quæ antecedit intellectus operam, & distinctionem rationis, quæ fit tantum intellectus beneficio.

Rursus distinctio realis subdiuiditur in realem positiuam, & realem negatiuam. Illa inter res positivas intercedit, vt inter duos boues. Hæc verò vel est inter ens, & non ens, vt inter hominem & surditatem: vel inter duo non entia, vt inter cæcitatem & surditatem.

Vbi nota distinctionem realem hoc loco sumi latè, quatenus diuiditur contra distinctionem rationis, & non strictè, vt supponit pro illa particulari distinctione, quæ realis apud nos post Scotum nostrum absolutè nuncupatur.

Tertia diuisio distinctionis realis positivæ erit in realem absolutè loquendo, & sine addito, formalem, & modalem. Distinctio realis quæ à Thomistis dicitur realis materialis, & à nobis realis existencialis, ea est quæ intercedit inter illa, quæ saltem virtute diuina ab inuicem separari possunt, nisi intersit dependentia effectus à causa conseruante, quod addo, quia quamuis Deus & creaturæ distinguantur, ipsæ tamè creaturæ à Deo reipsa separari nequeunt,  
quia



quia à Deo tanquam à prima causa conseruante dependent.

Ex quo colligitur ad distinctionem realem duas conditiones esse necessarias, prima vt sit inter res diuersas: secunda vt res illæ sint separabiles: si mutuo, erit distinctio realis maior: si non mutuo, sed vna tantum possit ab alia separari, & non è conuerso, erit tantum distinctio realis minor, qualis inter principium vitæ, puta intellectum, & vitalem actionem, puta intellectionem intercedit.

Distinctio formalis ea est, quæ reperitur inter illa, quorum definitiones essentialia diuersæ sunt, & diuersa attributa essentialia: itaut ad illam solam diuersitatem essentialem respiciat, & non ad separationem, in quo à reali distinguitur, vocaturque essentialis.

Modalis denique ea est, quæ constituitur inter rem, & modum eius, vt inter essentialiam, & existentiam, vel inter duos modos, puta existentiam & subsistentiam, quomodo à formali distinguitur, vt patet ex dictis.

Quod spectat ad distinctionem rationis, illa statuitur duplex, altera rationis ratiocinantis, altera rationis ratiocinatæ. Distinctio rationis ratiocinantis illa est, quæ oritur ex sola cogitatione intellectus, nullo in re præsupposito fundamento, qualis censetur intercedere inter animal, quatenus est subiectum, & idem ipsum, quatenus est attributum in hac propositione, *animal est animal*.

Distinctio verò rationis ratiocinatæ illa est, quæ licet per rationem efficiatur, supponit tamen fundamentum in rebus, vnde dicitur rationis, quia sequitur operationem intellectus: ratiocinatæ verò, quoniam res ipsa circa quam mens nostra versatur, præ-



bet fundamentum propter quod ita distinguatur: ea distinctio censetur esse inter diuina attributa ex communiore sententia Theologorum, puta misericordiam & iustitiam, cum enim illa attributa distinguit intellectus, animaduertit aliquod in re fundamentum, nempe eminentiam ipsius diuinæ naturæ, quæ varios producit effectus: nunc misericordiæ, nunc verò iustitiæ, iuxta quos distinguit misericordiam à iustitia.

In idem recidit quod nonnulli distinguunt distinctionem rationis ratiocinantis à distinctione rationis ratiocinatæ, in eo, quod illa fiat per repetitionem eiusdem conceptus adæquati, vt cum Petrus distinguitur à seipso, prout habet rationem subiecti, & attributi in illa propositione, in qua de se ipso prædicatur, vt, *Petrus est Petrus*, nam tam in Petro subiecto, quàm in Petro attributo totus manet conceptus Petri, & tantum repetitur: distinctio verò rationis ratiocinatæ fit per conceptus inadæquatos vnius eiusdemque rei, prout diuersas rationes sortitur; etenim quamuis in Deo iustitia, & misericordia sint realiter & formaliter vna & eadem entitas, tamen intelliguntur vt duæ, proindeque vnaquæque inadæquato tantum conceptu intelligitur, & ita censentur habere solam distinctionem rationis ratiocinatæ.

Q V  
stration  
detur al  
agat, ne  
quæ non  
cenda.

Breui  
fariò illu  
aliis, qua  
cursum à

M

P Leri  
vt in  
Ethica ag  
rum, & in  
trio. Duo  
dari contri  
dari aliqu  
causa, qui  
deque dari  
tiæ causas  
liffima, ne  
disponere,



ARTICVLVS SECVNDVS:

*De necessario, & contingenti.*

MEMBRVM PRIMVM.

*De necessario.*

**Q**uid sit necessarium, & quotuplex patet ex dictis in Logicæ præludiis, & in libris de Démonstratione, hic vnicam apponemus quæstionem, an detur aliqua causa efficiens creata, quæ necessariò agat, necessariò dico secundum quid, cum nulla sit, quæ non possit impediri à Deo in actione sua exercenda.

Breuitè respondeo affirmatiuè: Sol enim necessariò illuminat, ignis necessariò calefacit, & sic de aliis, quatenus in se habent virtutem agendi, & concursum à Deo recipiunt.

MEMBRVM SECVNDVM.

*De contingenti.*

**P**lerisque in locis de contingentiâ differuimus, vt in Logica de futuris contingentibus, in Ethica agendo de principio actionum humanarum, & in libris de anima, quæstione de libero arbitrio. Duo breuitè remanent constituenda. Primum dari contingentiâ, etenim locis citatis ostēdimus dari aliquos effectus, quorum non est determinata causa, quique sunt fortuiti & contingentes, proindeque dari contingentiâ. Secundò duas contingentiæ causas assignari posse, quarum vna sit vniuersalissima, nempe diuina voluntas, quæ res ita voluit disponere, vt in perpetuo motu & agitatione essent



constitutæ, variisque vicissitudinibus subiectæ: altera particularis, & ea vel materia, quæ cum sit principium contradictionis, innumerabiles causas in rebus naturalibus vicissitudines: vel voluntas in iis qui per intellectum operantur, quia operari ac non operari possunt pro voluntatis beneplacito.

## ARTICVLVS POSTREMVVS.

*De actu & potentia.*

### MEMBRVM PRIMVM.

*De multiplici actus & potentia acceptione.*

**N**otandum primò nomen actus multifariam usurpari, interdum absolutè, interdum verò respectiuè: absolutè, vt Deus, qui quidem est actus purus, nec vllum habet respectum ad aliquid quod actuet: respectiuè, id que multis modis, sicut multiplex est actus respectiuus, seu dicens ordinem ad aliquid quod actuet, est enim vel physicus, nempe forma, vel metaphysicus, & hic varius, prius essendi, & est differentia, secundus existendi, & est existentia, tertius subsistendi, & est subsistentia, quartus denique inhærendi, & est inhærentia.

Notandum secundò potentiam esse multiplicem, alia enim est prædicamentalis, quæ peculiarem speciem qualitaris constituit, vt ostendunt Logici: alia transcendentalis, quæ sub se continet quamcumque potentiam, quæque cum actu adæquatè diuidit ens.

Notandum tertio aliam esse potentiam obedientialem, aliam naturalem, aliam actiuam, aliam passiuam, quibus adde indifferentem, de quibus infra speciatim.

Mitto obiectiuam, quæ res in suis causis manens

& no  
quam

M

**P**o

contra  
tenus &

Occ

tentia

ex eo p

potent

que pat

ri, sed a

cultas v

Not

duobus

vel qui

ex sua n

vim illi

natur, q

rio suo

sistiuam p

rentia n

ra nō re

verò po

actiuam, &

naturali

Roga

actiuam s

diuerso,

lectus id



& nondum producta dicitur existere, mitto inquam, quia de ea multa superius diximus.

M E M B R U M   S E C U N D U M.

*De potentia agendi & patiendi.*

**P**otentia agendi definitur, proximum principium transmutandi aliud, quatenus aliud, potentia è contrario passiva, principium transmutandi ab alio quatenus aliud est, id est quatenus est quid diuersum.

Occurrit difficultas, an adæquatè diuidatur potentia in actiuam & passiuam, & ratio difficultatis ex eo petitur, quod detur aliqua potentia, nempe potentia resistendi, quæ neque videtur actiua, neque passiva, resistere enim neque est agere, neque pati, sed actionem & passionem impedire. Hæc difficultas vt soluatur,

Notandum est potentiam resistendi considerari duobus modis, nam aliquid dicitur alteri resistere, vel quia est impossibile cum illo, & ei repugnat ex sua natura, vel quia exerit vires suas, vt diminuat vim illius agentis, quod ipsi passionem inferre conatur, quo pacto aliquis diceretur resistere aduersario suo si ei manum, & pedem abscinderet: si vis resistiua priori modo sumatur, improprie dicitur potentia naturalis, quia potentia naturalis non est mera nõ repugnantia & impossibilitas cum alio: si verò posteriori modo accipiatur, rectè intelligitur actiua, & sic non facit distinctam speciem potentiæ naturalis.

Rogabis, an dari possit aliqua potentia, quæ simul actiua sit & passiva. Respondeo affirmatiuè, tam diuerso, quàm eodem respectu: diuerso, quia intellectus idem numero respectu specierum quas fabri-



cat, est actiuus, & passiuus, respectu intellectio-  
nis, quam in seipso recipit: eodem respectu, quia idem  
ipse intellectus respectu intellectio-  
nis eliciendæ est  
actiuus, elicitæ verò suscipiendæ passiuus.

Rogabis vltra quomodo sit verum hoc tritum  
philosophorum effatum, *cuilibet potentia actiua debet  
respondere passiuæ ei proportionata.*

Respondeo primò in rebus naturalibus creatis sic  
intelligendum esse, vt nulla sit actiua potentia in  
aliqua creatura, cui non respondeat alia passiuæ ali-  
cui pariter creaturæ conueniens, & huius rei ratio  
clara est, quia nullum agens naturale agit extra sub-  
iectum, sed in subiectum, ideoque supponit semper  
in eo potentiam aliquam passiuam, ad eius actio-  
nem recipiendam idoneam.

Respondeo secundò in Deo verum esse prædi-  
ctum axioma, quod re vera actiua Dei potentia re-  
spondeat aliqua passiuæ, scilicet obedientialis crea-  
tura, secundum quam illam creaturam præter natu-  
ralem suam virtutem eleuare potest ad præstanda  
omnia diuinæ voluntatis mandata.

Rogabis vltimò, an cuilibet potentia passiuæ re-  
spondeat actiua eiusdem ordinis, & nascitur diffi-  
cultas propter materiae potentiam, quæ est illi natu-  
ralis, cui tamen nulla actiua eiusdem ordinis, & ei  
proportionata responderet: etenim potest recipere  
formam præteritam, nulla tamen est potentia natu-  
ralis actiua quæ possit illam reproducere.

Verum dicendum est cum per accidens sit mate-  
riæ, quod forma illa sit præterita, & ideo minimè  
ab agente naturali sit reproducibilis, verum esse per  
se loquendo, cuilibet potentia passiuæ, etiam mate-  
riæ respondere actiuam eiusdem ordinis, nempe na-  
turalis.

**D** V  
pr  
tract. 3.

tem. Po  
q. 6. Ad  
dum est  
esse in d  
adæqua

Nota

inadæq

naturali

tura sua

habet se

potentia

ctu igni

terix: fo

tura sua

quietem

pectu pr

rens, est

gitur ex

steriore

**M** V  
ta  
quædam  
potentia



MEMBRUM TERTIVM.

*De potentia indifferenti.*

**D**Væ hic occurrunt philosophorum opiniones, prior est Caietani in suis opusculis, tom. 3. tract. 3. quæst. 1. nullam dari potentiam indifferentem. Posterior, eaque contraria, est Scoti in 2. dist. 2. q. 6. Ad illustrationem huius controuersiæ, Notandum est actus, ad quos potentia aliqua ordinatur, esse in duplici differentia, alios adæquatos, alios inadæquatos.

Notandum secundò tam actus adæquatos quàm inadæquatos adhuc esse duplices, alios esse ad quos naturaliter ordinantur potentiæ, & à quibus ex natura sua perficiuntur, quomodo potentia materiæ habet se ad formas substantiales: alios esse ad quos potentiæ ex sua natura non tendunt, vt sunt respectu ignis motus orbicularis, vel quies, respectu materiæ: formæ accidentales, quia per se ignis ex natura sua non ordinatur ad motum orbicularem, vel quietem: nec materia ad formas accidentales. Respectu priorum actuum nulla potentia est indifferens, est tamen respectu posteriorum, vt satis intelligitur ex ipsa obseruatione posita, & sic apparet posteriorem sententiam priori esse probabiliorem.

MEMBRUM VLTIMVM.

*De potentia obedientiali.*

**M**Vltis in locis de potentia obedientiali disputant Theologi, præsertim tertia parte: illius quædam exempla proferemus. Imprimis, nulla est potentia naturalis in anima ad gratiam recipiendam,



aliàs naturaliter esset suæ salutis capax, ergo in ea admittenda est alia potentia præter naturalem, quæ obedit creatori illi gratiam infundenti, & hæc merito vocatur obedientialis, quanquam eo sensu possit naturalis appellari, quia re ipsa non est alia entitas ab entitate rei in qua est, vt docent Theologi 3. par. q. 13.

Deinde nulla est potentia naturalis in intellectu ad Deum clarè & intuitiuè videndum, ergo tantum obedientialis.

Tertiò, id patet in sacramentis nouæ legis, quæ non per potentiam naturalem vt patet, proindeque per solam obedientialem producant & conferunt gratiam. Vnde admiratione raptus de aqua baptismali exclamat D. Aug. tract. 8. in D. Ioan. *Quæ tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat?*

Deinde id videre est in illo ligno, quod Moses in aquas iniecit, beneficio cuius, omnem quam habebat amaritudinẽ, deposuerunt, & dulces factæ sunt.

Concludamus sic cum D. Aug. epist. ad Volusianum, *In huiusmodi rebus tota ratio facti, est potentia facientis, ad easque creaturæ tantum obedientialiter concurrunt.*

## APPENDIX GENERALIS de partibus entis.

### SECTIO PRIMA.

#### De Substantia.

**D**ialectici ex proprio munere tam multa de substantia tractanda suscipiunt, vt nihil fermè Metaphysicis relinquunt, vnum tamen adiungam, quod ego Logicus mihi metaphysico reseruauit, de prioritate substantiæ respectu accidentis. Huius

tractan  
ceps sap  
stantiar  
ne, natu

Quo  
stat sub  
iectum  
intellig  
ratione  
cidente,  
suppon  
tate cog  
nibus so

**S**I de  
stant  
tur, perf  
Angelo  
substant  
exacta &  
test sine  
accidens  
mo sit de  
prior erit

**S**I ser  
lectu  
iutus con  
gnitione  
Probat  
spectatus  
go eius c



tractandæ difficultatis præbuit occasionem princeps sapientiæ 7. Metaphys. cap. 1. cum docuit substantiam priorem esse accidente ratione, cognitione, naturâ, & tempore.

Quod spectat ad prioritatem rationis, satis constat substantiam esse accidente priorem, quia est subiectum illius: subiectum autem prius ratione debet intelligi, quàm id quod in subiecto recipitur; pari ratione constat substantiam esse natura priorem accidente, quia videlicet ipsi accidenti necessario præsupponitur. Difficultas tantum remanet de prioritate cognitionis, & temporis, quæ his propositionibus soluetur.

*Prima propositio.*

**S**I de exacta & perfecta cognitione sermo sit, substantia est prior cognitione accidente. Probat, perfecta cognitio substantiæ saltem à Deo, vel Angelo haberi potest sine cognitione accidentis, quia substantia non refertur ad accidens, è contra verò exacta & perfecta accidentis notitia haberi non potest sine aliqua cognitione substantiæ, quia omne accidens dicit respectum ad substantiam, ergo si sermo sit de exacta & perfecta cognitione, substantia prior erit cognitione accidente.

*Secunda propositio.*

**S**I sermo sit de confusa cognitione, quam intellectus humanus nullo supernaturali auxilio adiuutus consequi potest, substantia est posterior cognitione accidente.

Probat, humanus intellectus prædicto modo spectatus cognitionem suam haurit ex sensibus, ergo eius comparatione ea erunt priora cognitione,



quæ prius in sensus incurrent, qualia sunt accidentia, ex dictis de anima.

*Tertia propositio.*

**S**I loquamur de substantia in communi, certum est substantiam posse dici tempore priorem accidente, quia videlicet datur aliqua substantia nempe increata, quæ tempore antecedit quodlibet accidens: si tamen agamus de substantia creata, non potest dici tempore prior accidente, quia nulla est substantia, quæ aliquando fuerit sine accidentibus, ut diximus in Physica.

SECTIO SECVNDA.

*De accidente.*

**D**E nomine accidentis, varia acceptione, & de eius existentia satis abundè in Logica actum est: duo circa eius essentiam explicanda sunt, primum, qualis sit eius conceptus, & an ab inferioribus accidentibus sit ratione simpliciter præcisus: alterum, utrum inhærentia sit de ipsius accidentis essentia.

Quod ad primum attinet, respondeo affirmatiuè, proboque ratione illa, quam attulimus agendo de conceptu entis. Conceptus ille est ratione simpliciter præcisus, qui non inuoluit in se proprias suorum inferiorum differentias: atqui conceptus accidentis vniuersalissimè sumpti non includit proprias differentias singulorum accidentium, alioquin nullum accidens esset formaliter accidens, quoniam nullum est quod inuoluat in se proprias omnes singulorum accidentium rationes, ergo, &c. Confirmatur, multi accidentis in vniuersum rectè formarunt conceptum, antequam singula accidentium

genera p  
prias inf  
vniuersa  
tis vniue  
citer præ

Quod  
inhærent  
alteram a  
completa  
esse in du  
secus affi  
verò tant  
tum esse,

His po  
ciam esse  
phos exist  
taph. disp  
heretica,  
docet acc  
charistia r  
non defin

Secunda  
te, q. 77. ar  
sentia, c. 1.  
hærentian  
pariter æq  
tudinalis  
deberet no  
accidentib  
conuenit ali  
nibus infer  
rentia non  
tibus, cum  
possunt, se



genera perspecta habuerint: ergo signum est proprias inferiorum accidentium rationes in accidente vniuersaliter sumpto non contineri, & sic accidentis vniuersim sumpti conceptum esse ratione simpliciter præcisum.

Quod spectat ad alterum: Notandum est primò inhærentiam esse duplicem, alteram aptitudinalem, alteram actualem. Notandum secundò, accidentia completa seu prædicamentalia, de quibus hic agitur, esse in duplici differentia, quædam enim sunt intrinsecus afficientia, vt quantitas, qualitas, & similia; alia verò tantum extrinsecus denominantia, vt actio, situm esse, habere, &c.

His positis prima sententia est actualem inhærentiam esse de essentia accidentis. Ita gentiles philosophos existimasse refert subtilis Suarez tomo 2. Metaph. disp. 30. Sed hæc sententia absolutè falsa est, & heretica, pugnatque cõtra fidei principia: fides enim docet accidentia panis & vini in Augustissima Eucharistia nulli substantiæ actu inhærere, & tamen non desinunt habere veram essentiam accidentis.

Secunda sententia tribuitur D. Thomæ prima parte, q. 77. art. 1. ad 2. Caietano opusculo de ente & essentia, c. 1. q. 13. aliisque pluribus, aptitudinalem inhærentiam esse de essentia accidentis. Hæc sententia pariter æquissimo iure exploditur: Si inhærentia aptitudinalis esset de essentia accidentis in communi, deberet necessariò conuenire omnibus inferioribus accidentibus, per regulam superius assignatam, *quod conuenit alicui superiori essentialiter, conuenire debet omnibus inferioribus eius*: Atqui aptitudinalis inhærentia non conuenit omnibus inferioribus accidentibus, cum quædam ex illis sint quæ inhærere non possunt, sed tantum postulant aut esse à substantia,



vt actio ab agente, aut circa substantiam, vt habere, similiaque accidentia extrinsecus tantum denominantia, ergo aptitudinalis inhærentia non potest dici de essentia accidentis.

Quapropter omnium optima, quamuis non ita erita sententia nostra est, non inhærentiam, sed afficientiam, seu habitationem ad subiectum esse de essentia accidentis in genere, ideoque diuidi tamquam genus in inhærentiam accidentibus intrinsecæ afficientibus conuenientem, & adiacentiam externam accidentibus extrinsecè tantum denominantibus competentem, quæ sententia ex præcedentium refutatione manet sufficienter confirmata.

## SECTIO TERTIA.

*De Angelis.*

### QVÆSTIO PRIMA.

*De nomine Angeli.*

**N**omen Angeli non naturæ, sed officii est, idem enim significat ac nuntius, quod scilicet ipsæ creaturæ spirituales, Angeli videlicet ad homines mittantur, vt ipsis diuinam voluntatem nuntient, vnde ab Apostolo ad Hebræos, vocantur ad-  
ministratorii spiritus.

### QVÆSTIO SECVNDA.

*De existentia Angelorum.*

**C**ertum est in fide dari Angelos propter expressa scripturæ sacre testimonia. Psal. 8. *Minuisti eum paulominus ab Angelis.* Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris.*

Idem p  
poralibus  
nam non  
gratia ma  
bitum to  
possunt p  
ligentiæ f  
Certur  
Angeli eor  
Millia mil  
millia, & c  
Matth. 2  
legiones A  
Accedi  
Regem m  
Deus est K  
Dominan  
nuntii, et  
Quantu  
non const  
bis facta i  
sæ, Conc  
habet: vel  
ritur, cum  
Angeloru  
se satis int  
Notand  
gelorum c  
scendo eu  
infinite  
iorem esse  
singulos A  
libet regno  
putetur.



Idem probant effectus quidam, qui à creaturis corporalibus esse non possunt, sæpè enim videmus (vtnam non ita frequenter) magos mira efficere, verbi gratia matrimonio impedimentum ponere, & ad libitum tollere, aliaque similia perpetrare, quæ non possunt proficisci nisi à dæmonibus, qui sunt intelligentiæ spirituales, sicut & boni Angeli.

Certum etiam est Angelos esse plures, Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Danielis 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia, &c.* Iob 25. *Numquid est numerus militum eius?* Matth. 26. *Et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum.* & alibi passim.

Accedit ratio congruentissima, decet magnum Regem multos habere nuntios & ministros, sed Deus est Rex maximus, Rex Regum, & Dominus Dominantium: Angeli verò ex prædictis sunt eius nuntii, ergo debent esse multi.

Quantus autem sit præcisè Angelorum numerus non constat, si enim constaret, vel ex reuelatione nobis facta in scripturis sacris, aut in traditione Ecclesiæ, Conciliorumque definitionibus, quod non ita habet: vel ex effectibus, & hoc etiam à nemine asseritur, cum nulli sint effectus naturales, qui præcisum Angelorum numerum possint demonstrare, vt per se satis intelligitur.

Notandum verò vtcumque numerum illum Angelorum colligi posse, scilicet negatiuè, tum cognoscendo eum non esse infinitum, cum repugnet dari infinitum ex Physica, tum cognoscendo saltem maiorem esse numero hominum, cum singuli homines singulos Angelos custodes habeant, & præterea cuiuslibet regno aliquis peculiaris ad eius custodiam deputetur, vt patet ex illa controuersia, quam narrat



Daniel extitisse inter Angelum Persarum, & Angelum Iudæorum.

### QVÆSTIO TERTIA.

*De essentia Angelorum, an sint compositi ex materia & forma.*

**E**X Logica certum est Angelos compositos esse ex genere & differentia, cum sint in categ. proindeque etiam potentia & actu, cum genus sit potentia, & differentia actus. Quæstio tantum est de compositione ex materia & forma, de qua

Prima sententia est, Angelos constare quibusdam corporibus tenuissimis, siue illa ex materia & forma componantur, siue non, quod affirmat Auerroës libro de anima.

Secunda sententia est D. Bonauenturæ in 2. distinct. 3. q. 1. etsi Angeli non constent partibus quantitatis, constare tamen materiâ & formâ. Rectius tamen alii sentiunt Angelos neque habere corpora, neque ex materia & forma componi, sed esse pure spirituales.

Probatum primò, quia Angeli passim in sacris literis vocantur spiritus, cum tamen spiritus sit expers corporis. Secundò, quia Concil. Lateranense in confessione fidei dicit Deum ab initio temporis utramque naturam condidisse, corporalem, & spiritalem, Angelicam, & mundanam. Tertiò, quia Angeli dicuntur ingredi corpora, imò Matth. 4. Legionem dæmonum possedisse hominem, cum tamen legio sex millibus constaret: Item dicuntur cecidisse de cælis nullâ eorum disruptione factâ: quæ omnia fieri non possent, si Angeli corporibus constarent, ut ex se clarum est.

Denique  
pendent  
Obijci  
do actio  
se, quod  
gibiles, f  
Respo  
do non f  
tum est, f  
gelos esse  
aliquand  
Rursus  
ducare, &  
solis rebu  
li sunt co  
Respon  
nerare, ne  
per calore  
illis impro  
ratione, e  
nus vel in  
ipsis decif  
tur incubi  
viro, cui se  
minantur  
habeant qu  
tiuæ, à quo  
nerare, sicut  
vt propriè  
Secundò  
etiam in iis  
sumpta no  
ab ore in st  
cundum di



Deniquè quia Angelorum operationes non dependent à materia, proindeq; non sunt materiales.

Obijcies Ioannem Thessalonicensem in 5. Synodo actione 5. dixisse Catholicæ Ecclesiæ mentem esse, quod Angeli & Archangeli sint quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes.

Respondeo istud Ioannis Thessal. à sancta Synodo non fuisse approbatum, quo ad hoc quod allatum est, sed tantum secundum illud, quod dixit Angelos esse in Ecclesia depingendos, quia vt homines aliquando apparuerunt.

Rursus obijcies, Angeli dicuntur generare, manducare, & ab igne inferni torqueri, sed hæc omnia solis rebus corporeis conuenire possunt, ergo Angeli sunt corporei.

Respondeo ad maiorem, Angelos nec propriè generare, nec propriè manducare, nec denique ab igne per calorem immediatè torqueri, sed hæc omnia in illis impropiè fieri, nam vt primò dicamus de generatione, eatenus tantum dicuntur generare, quatenus vel in specie viri acceptum semen, & non ex se ipsis decisum in mulierem transfundunt, vnde dicuntur incubi, vel quatenus in specie fœminæ semen à viro, cui se substernunt, excipiunt, vnde succubi nominantur: non autem quod ex se semen præbeant, habeantque vitale principium talis actionis generatiuæ, à quo tamen habet quis, vt propriè dicatur generare, sicut à principio vitali videndi habet aliquis vt propriè dicatur videns.

Secundò quod attinet ad manducationem, illa etiam in iis impropria est, quia manducatio propriè sumpta non consistit in quacúque traiectione cibi ab ore in stomachū, vt malè supposuit Scotus in secundum dist. octaua, ideò manducationem propriè



dictam Angelis attribuens, sed in traiectione cibi, concoctione, conuersioneque in uiuentis substantiam, beneficio instrumentorum vitalium, vt paulò antè de generatione dicebamus, quo modo constat manducationem non reperiri in Angelis cum vitalibus instrumentis & facultatibus careant.

Confirmatur, tum ex illis Raphaëlis verbis apud Tobiam cap. 2. *Cum enim, inquit, vobiscum eram, videbar quidem comedere & bibere, sed potu & cibo inuisibili vtor*: tum etiam quia Christus Dominus apud D. Lucam cap. 24. ex manducatione demonstrauit corporis sui veritatem: talis autem probatio nulla planè fuisset, si comestio aliis quàm corporibus uiuentibus, puta Angelis, potuisset conuenire.

Denique quod spectat ad actionem ignis inferni in dæmones & animas agentis, circa hanc difficultatem variæ versantur sententiæ, sed duæ præcipuæ. Prior per diuinam potentiam fieri, vt ex apprehensione quam habent animæ damnatorum, quod in hoc igne inferni tamquam in carcere detineantur, summa tristitia, summaque afflictio consequatur. Posterior sententia est ignem per potentiam obedientialem eleuari à Deo ad producendam qualitatem aliquam spiritalem dæmonibus & animabus damnatis ita ingratham, & disconuenientem, vt ea disconuenientiâ cognitâ summam tristitiam concipiant, summoque dolore afficiantur.

In vtraque opinione constat ignem agere in animas damnatorum, & dæmones, non tamen immediatè producendo calorem, qui in illis recipiatur, ipsisque dolorem inferat, quia cum calor sit qualitas materialis & corporea, potest tantum recipi in corpore, non autem in rebus spiritualibus, animabus & dæmonibus. Vnde docet D. Aug. 21. de Ciuit. c. 1.

Dæmones

Dæmon  
ferni cr  
tem, qu  
state pro  
quam hu  
plicare,

Rog  
gua  
D. Thom  
discipulo

Proba  
tam remp  
pub. post  
res, sed  
appareat  
tur: ergo  
dem speci

Confir  
tota speci  
Patres &  
tionem cu  
Angelos p  
hominis s  
cecidere in  
cælo rem

Rogabis  
tur in loco  
Ad solut  
potius ex p  
trinsecum



Dæmones licet miris, veris tamen modis ab igne inferni cruciari: miris autem, propter illam qualitatem, quam ignis supra naturam suam diuina potestate producit. Aliam verò subtiliorem sententiam quam huius Tractatus breuitas non finit exactè explicare, fortassè alius dabitur locus.

QVÆSTIO QVARTA.

*De affectionibus Angelorum.*

**R**ogabis primò vtrum omnes Angeli distinguantur specie. Respondeo negatiuè contra D. Thomam prima parte q. 50. art. 4. & omnes eius discipulos.

Probat, Angeli vnã, eamque benè ordinatam rempub. constituunt: atqui honor & ordo reipub. postulat, vt non tantum alii sint aliis superiores, sed etiam vt alii aliis sint similes, vt inde vera appareat societas, quæ propriè inter similes cernitur: ergo debent dari plures Angeli similes & eiusdem speciei.

Confirmatur, quia durum videtur quod aliqua tota species Angelorum corruerit, præsertim cum Patres & Theologi hanc communiter afferant rationem cur Deus voluerit potius hominem, quàm Angelos per Christum reparare, quia scilicet tota hominis species corruerat: ergo cum multi Angeli ceciderint, dicendum est alios eiusdem speciei in cælo remansisse.

Rogabis secundò quomodo Angeli constituantur in loco.

Ad solutionem huius quæstionis; Notandum, vel potius ex physica repetendum, alium esse locum intrinsecum, alium extrinsecum. Intrinsecus est illud



sparium, siue verum, siue imaginarium, quod concipi-  
 mus occupari ab eo qui est in loco: extrinsecus ve-  
 rò est superficies corporis ambientis. Hoc notato  
 quæstio est quoniam pacto Angeli constituantur in  
 loco, siue intrinseco, siue extrinseco, non quidem  
 circumscriptiuè, quia circumscriptio est tantum  
 corporum, sed definitiuè, vt alibi dictum est.

Quod spectat ad locum intrinsecum prima sen-  
 tentia est Scoti & discipulorum eius, Angelos esse  
 in eiusmodi loco intrinseco per propriam suam sub-  
 stantiam. Verùm hæc sententia tantum intelligit sub-  
 stantiam Angelorum verè esse in loco, & ita vera  
 est, quia verè substantialiter Angeli sunt in loco, sed  
 non respondet ad propositum, quia non est dubium,  
 quin Angeli substantia verè loco definiatur, sed tan-  
 tum queritur ratio formalis per quam talis substan-  
 tia ponitur in eiusmodi loco intrinseco, & sic falsa  
 est, hacque ratione

Refellitur: si Angeli substantia esset ratio forma-  
 lis per quam constitueretur in loco intrinseco, cum  
 eadem semper maneat Angeli substantia absque mu-  
 tatione, maneret semper eadem constitutio Angeli  
 in loco intrinseco, quod tamè manifestè falsum est,  
 cum Angeli identidem loca etiam intrinseca mutet,  
 ergo, &c. Pari ratione illi etiam refelluntur qui asse-  
 runt existentiam esse rationem formalem constitu-  
 tionis Angelorum in ipso loco intrinseco, cum scili-  
 cet eadem semper sit existentia Angeli, intrinsecus  
 tamen eius locus sæpissimè mutetur.

Secunda sententia est Caietani, prima par. q. 51. art.  
 1. Angelos formaliter in loco intrinseco constitui per  
 operationem immanentem, seu dici formaliter in tali  
 loco, quando volunt applicare suam virtutem ad agē-  
 dum, quæ volitio est actus immanens voluntatis.

Ab  
 intell  
 que e  
 agen  
 rerum  
 alicub  
 test no  
 co exi  
 recede  
 Ter  
 licet p  
 liter in  
 tem, ai  
 tis, A  
 per co  
 nem tr  
 Exp  
 Angel  
 ration  
 ad extr  
 te, & t  
 Dei be  
 Itaq  
 sequim  
 trinsec  
 trinsec  
 bi, qu  
 corpor  
 Quo  
 mas, &  
 disp. 51.  
 tui in ei  
 quia, in  
 dō ope



Alit hæc etiam sententia meritò reijcitur, tum quia intelligitur Angelus in loco intrinseco positus, absque eo quod intelligatur velle suam virtutem ad agendum applicare, etenim eo ipso quod existit in rerum natura, necessariò est in loco intrinseco, seu alicubi, liberè verò sese applicat ad agendum, & potest non applicare, quia potest Angelus in aliquo loco existens nolle operari, & tamen nolle ab eo loco recedere.

Tertia sententia videtur esse D. Thomæ supra, scilicet prima parte q. 51. art. 1. Angelos constitui formaliter in loco intrinseco per operationem transeuntem, ait enim eos esse in loco per contactum virtutis, Ægidius autem Ferrariensis & alii Thomistæ per contactum virtutis intelligunt ipsam operationem transeuntem.

Exploditur etiam hæc sententia, tum quia prius Angelus intelligitur esse in loco, quàm operari operatione transeunte, tum quia potest Angelus nihil ad extra operari, Deo suum concursum subtrahente, & tamen in eo loco quem habebat remanere, ac Dei beneficio conseruari.

Itaque quarta & omniù probabilissima est quam sequimur, Angelos constitui formaliter in loco intrinseco per proprium suum *ubi*, seu per modum intrinsecum præsentia realis *hic*, vi cuius non sint alibi, quod proportionem seruata explicari debet, vt in corporibus.

Quod autem attinet ad locum extrinsecum, D. Thomas, & eius sectatores cum Suarez tom. 2. Metaph. disp. 51. sect. 4. numero 20. volunt Angelos constitui in eiusmodi loco per operationem transeuntem, quia, inquiunt, Angeli non sunt extensi, nisi quando operantur ad extra, non possunt autem esse in



loco extrinseco, nisi sint extensi, saltem virtuali extensione.

Sed contra hanc sententiam & contra rationem cui innititur probabilius, concludimus Angelum non constitui in ipso loco extrinseco per operationem illam transeuntem, fierique posse ut maneat extensus virtuali sua extensione, & ita loco extrinseco comprehendatur, etsi non operetur ad extra, quia potest Deus ipsum sic extensum creare in aliquo loco, & tamen cum eo non concurrere ad transeuntem actionem exercendam.

Rogabis tertio, an motus localis sit in Angelo.

Respondeo affirmatiue propter perspicua scripturae sacrae testimonia. Gen. 28. *Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens caelum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes per illam.* Lucae 1. *Missus est Gabriel Angelus ad Virginem, &c.*

Rogabis quarto, utrum Angelus possit ab vna extremitate spatii ad aliam extremitatem impertransito medio moueri.

Respondeo negatiue, contra Thomistas: talis enim est connexio locorum, ut vicinior locus prius per motum trajici debeat, quam remotior, ergo ab vna extremitate non potest fieri transitus ad extremitatem impertransito medio.

Rogabis quinto utrum detur intellectus in Angelo.

Respondeo affirmatiue, imò ipsi Angeli ab intelligendi potentia communiter vocantur intelligentiae.

Rogabis sexto quodnam sit obiectum intellectus Angelici, seu quid Angelus cognoscere potest. Respondeo primo seipsum posse cognoscere, proboque, nam Angelus non minus seipsum intelligere potest, quam anima seipsam, cum tamen hoc poste-

rius a

Re

cogn

obiec

Theo

lici, c

Re

que si

la ma

gnosco

co: tu

petere

ritus,

demu

ideoq

tu cor

Re

cogno

tingen

eueni

diri ab

libero

profici

Prin

gnosca

scen e

bus ne

ter hor

huiusm

beant,

defectu

fallibil

Secu

mam, p



rius admittatur communiter à Philosophis.

Respondeo secundò Angelum naturaliter posse cognoscere Deum, proboque: Deus continetur sub obiecto intellectus creati, ex consensu omnium Theologorum, ergo sub obiecto intellectus Angelici, qui est omnium perfectissimus.

Respondeo tertio cognoscere res materiales, ipsaque singularia materialia, proboque, tum quia res illae materiales, & singularia materialia sunt entia cognoscibilia, ergo potissimum ab intellectu Angelico: tum quia potest Angelus eorum cognitionem appetere, proindeque ne irritus & inanis sit ille appetitus, debet posse eorum cognitionem assequi: tum demum quia Angeli sunt administratorii spiritus, ideoque res ipsas materiales latissimo uniuersi ambitu comprehensas debent cognoscere.

Respondeo quartò, Angelum posse naturaliter cognoscere, idque certò & infallibiliter futura contingentia, tam quæ ex causa necessaria ut plurimum eueniunt, quam quæ raro fiunt, & possunt impediri ab aliqua causa naturali, non tamen ea quæ ex libero arbitrio, siue Dei, siue creaturæ rationalis proficiscuntur.

Prima pars est indubitata, cum enim Angeli cognoscant omnes causas naturales, quidni & cognoscent effecta illa futura, quæ ab ipsis causis naturalibus necessariò proficiscuntur? potissimum cum inter homines astrologi hanc infallibilem & certam huiusmodi futurorum contingentium notitiam habeant, sic enim videmus eos cum Solis tum Lunæ defectus, astrorum cursus, & cætera id genus aliis infallibiliter prædicere.

Secunda verò pars videtur esse contra D. Thomam, prima parte, qu. 57. art. 3. Vult enim Angelum



eiusmodi futura rarò contingentia, & quæ possunt impediri à causa aliqua naturali solum per coniecturas, & non necessariò ac infallibiliter cognoscere.

Probatum tamen facilè, quia quamuis futura illa contingentia respectu suæ causæ propriæ non sint necessaria, tamen comparatione omnium causarum necessitatem induunt, ita ut si quis cognouerit omnem causarum seriem effectum futurum necessariò cognoscere debeat, quia à nulla harum impediendum intelliget.

Postrema deniquè pars facilè quoque probatur, tum ex locutione Patrum, qui Deo proprium faciunt futura contingentia cognoscere, quod ad minus de futuris contingentibus liberis intelligi debet: tum quia ad hoc ut Angelus aliquid necessariò & infallibiliter cognoscat debet habere aliquod esse necessarium, vel in se, vel in sua causa: sed futura contingentia libera neque in se habent esse necessariù, quia possunt esse & non esse, neque etiã in sua causa, quia ipsa libera est, & potest pro sua libertate illa nõ producere, ergo futura illa contingentia libera non possunt necessariò & infallibiliter cognosci ab Angelo solis naturæ suæ viribus spectato.

Dixi necessariò & infallibiliter, quia non est diffidendum ipsum dæmonem, ut summâ pollet animi subtilitate, multarumque rerum experientiã valet, ex quibusdam præuis prædicere posse futura contingentia, utpotè seditionem in ciuitate cognito prauo ciuium inter se affectu, hoc tamen numquam necessariò, & indubitanter intelliget.

Hinc sequitur primò Angelos cognitione intuitiua & distincta cordium cogitationes, tam aliorum Angelorum quàm hominum cognoscere non posse. Confirmatur, tum quia sæpè dæmones eos tentant à

quibus  
nas eo  
geli se  
logi  
tuta v  
alteri  
diuin  
cogit  
Dix  
licet f  
rum c  
tror t  
Pri  
rati  
locuti  
suas c  
est, ad  
corda  
gitati  
batur  
sunt n  
sint à  
cessar  
est, ex  
illæ c  
ralis c  
cogita  
natur  
ctio c  
tia, pr  
refera  
rum d  
cogit  
natur



quibus superantur, quod minimè facerent si internas eorum cogitationes cognoscerent, tùm quia Angeli se inuicè alloquuntur, vt fatentur omnes Theologi: at collocutio illa ad hunc finem videtur instituta vt vnus Angelus interiores suas cogitationes alteri patefaciat: tùm demum quia patres euincunt diuinitatem Christi ex eo quod futuras hominum cogitationes cognouerit.

Dixi futuras, si enim de illis vt existētibus agatur, licet fatear actu eas non cognosci propter suauem rerum ordinem à diuina prouidentia institutum, arbitrator tamen posse cognosci.

Prior pars probatur, nam si Angelus cordis cogitationes cognosceret frustranea esset Angelorū collocutio, ideò enim tantum ponitur vt vnus alteri suas cogitationes præsentis aperiat, quod absurdum est, adde etiam quod Deus scrutari dicatur renes, & corda; quod malè diceretur, si Angeli præsentis cogitationes cognoscerent. Posterior verò pars probatur, tùm quia cogitationes cordis, vt præsentis, sunt naturales & necessariæ, naturales quidem cum sint à principio naturali; puta libero arbitrio, necessariæ verò, quia *res omnis quamdiu est, necessariò est*, ex communi Metaphysicorum axioma: ergo illæ cogitationes sunt intra ambitum obiecti naturalis cognitionis Angelorum: tùm quia non minus cogitationes cordis, vt præsentis, sunt de obiecto naturali cognitionis Angelicæ quàm sit ipsa directio cogitationum ad Angelum facta, vt si verbi gratia, preces aliquas intus formatas ad D. Michaëlem referas, nam & cogitationes cordis & directio earumdem sunt libera contingentia: atqui directio cogitationum ex ipsismet aduersariis est de obiecto naturali cognitionis Angelorum, aliàs enim non





se alloquerentur naturaliter, suas ad inuicem dirigendo cogitationes, ergo cogitationes cordis ut præsentes, sūt de obiecto naturali cognitionis Angelicæ.

Rogabis septimò, an Angeli res omnes per species, vel proprias substantias intelligant. Dubium soluetur his propositionibus,

*Prima propositio.*

**A**ngelus seipsum, & sua accidentia intelligit sine specie, per suam ipsam substantiam.

Probatum: tantum requiritur species ad suppleendam obiecti absentiam, atqui Angelus non abest à seipso, nec eius accidentia ab eo seiuncta sunt, sed ipsi intimè coniuncta, ergo, &c.

*Secunda propositio.*

**A**ngelus non cognoscit Deum per speciem, sed per suam & aliarum creaturarum substantiam. Quod non per speciem facili negotio ostenditur, species tantum admittitur ut obiecti absentiam suppleat, ex superioribus: atqui *Deus à nullare abest, sed in omnes intimè illabitur*: ergo Angelus non cognoscit Deum per speciem.

Ex quo sequitur per suam & aliarum rerum substantiam Angelum ad Dei notitiam assurgere: confirmaturque: Cùm Angelus se, & res alias intelligit, cognoscit se resque alias esse ab aliquo productas, ergo aliquem rerum omnium creatorem agnoscit, quem quidem alium à Deo esse non posse certo tenet.

*Tertia propositio.*

**Q**uamuis non implicet contradictionem Angelum sine specie alia à se, & à Deo intelligere,

actu  
speci  
concu  
tellig  
Deus  
tiam a  
efficie  
alias a

Sec  
suam f  
tur, qu  
effectu  
gnosce  
vel rela  
eo pat  
suam f  
bere, q  
tur ter  
gelos r  
scere.

Rog  
illæ in  
iectis a  
Resp  
obiecti  
gelici su  
cies acc  
ex mate  
agere in  
produco  
lo: non  
rem spi  
aliquan  
ius Ang



actu tamen & de facto illa non intelligit, sed per species intelligibiles. Prima pars patet ex eo quod concursus quem præbet species intelligibilis ad intelligendum, reuocetur ad genus causæ efficientis, Deus autem possit de sua absoluta potentia efficientiam alicuius entis alteri communicare, ac proinde efficientiam speciei intelligibilis circa res creatas alias ab Angelo ipsi eius substantiæ tribuere.

Secunda verò pars, nempe Angelum res illas per suam substantiam non intelligere, hinc demonstratur, quod Angeli substantia nec sit illarum causa, nec effectus, necesse verò sit medium quo aliquid cognoscitur ad illud referri, vel habitudine effectus, vel relatione causæ, vt communiter admittitur, & ex eo patet quod ideò Theologi velint Deum per suam substantiam rerum omnium cognitionem habere, quia illarum omnium causa est. Ex quo sequitur tertia pars huius propositionis satis probata, Angelos res alias à se per species intelligibiles cognoscere.

Rogabis octauò quomodo producantur species illæ in Angelis, an ipsis infundantur, an verò ab obiectis accipiantur.

Respondeo species illas infundi, non autem ab obiectis accipi. Probatur: Obiecta intellectus Angelici sunt res materiales, & spirituales: ex nullis species accipi possunt, quæ in Angelis recipiantur; non ex materialibus, quia res materiales non possunt agere in rem spiritalem, & qualitatem spiritalem producere, qualis est species intelligibilis in Angelo: non etiam ex rebus spiritualibus, quoniam licet rem spiritalem producere possint, tamen cum aliquando valdè remotæ sint ab intellectu alicuius Angeli, prius species ab ipsis producta in spatio



intermedio recipi deberet, quod non cadit sub intellectu, cum spatium illud sit aliquid naturale & corporeum, species verò illa spiritalis & immaterialis.

Rogabis nonò, an dentur species vniuersales in Angelis, seu an Angeli per vnicam speciem multa simul intelligant. Respondeo affirmatiuè proboque. Quo res sunt perfectiores, eo magis accedunt ad Deum, & magis participant diuinas perfectiones, ergo cum ea sit Dei perfectio, vt multa, imò omnia vnica velut specie, suâ nempe essentiâ intelligat, Angelis vt potè perfectissimis creaturis denegari non debet, quod si non omnia, saltem multa per vnicam speciem intelligant.

Ex hac ratione Theologi inferunt, quo Angeli sunt superiores, eo intelligere per species vniuersaliores, seu Angelum superiorem per vnicam speciem plura intelligere, quàm inferiorem.

Obiicies, multarum rerum non potest esse eadem similitudo & repræsentatio, ergo non possunt Angeli per vnicam speciem res multas intelligere.

Distinguo antecedens, non potest esse eadem similitudo & repræsentatio multarum rerum, formalis & expressa, concedo, efficiens & impressa nego, qualis est species illa intelligibilis, quam in ipsis Angelis admittimus.

Rogabis vltimò, vtrum discursus reperiat in Angelo.

Respondeo negatiuè, quamuis enim Angelus vnum in alio & post aliud cognoscat, non tamen ex alio, in quo consistit propria ratio discursus.

Reliqua quæ de Angelis dici possent petantur ex Theologis prima Parte.

Q  
princi  
sine fin  
motor,  
immen  
ens om  
tiam e  
Qu  
mediu  
non ta  
ipsius  
est, da  
& essen  
ens alic  
verbo  
ostend  
la alia  
idque a  
re, sicq  
debet e  
verbo  
si non c  
tur pro  
ab alia



SECTIO QUARTA,  
ET POSTREMA.

*De ente infinito, seu Deo.*

QVÆSTIO PRIMA  
ET SECUNDA.

*De nomine & existentia Dei.*

**Q**Væris quomodo Deus vocetur, ipse tibi respondet, *Ego sum qui sum, ego alpha & omega, principium & finis, principium sine principio, & sine fine finis: Ego Deus & non mutor, rerum omnium motor, omnipotens nomen meum, ego immensus, infinita & immensa maiestatis.* Itaque Dei nomine intelligitur ens omnino necessarium, infinitum, ac per essentiam existens.

Quod ad eius existentiam attinet, nonnullæ in medium proferendæ sunt demonstrationes, quibus non tantum fidelibus Christianis, sed etiam paganis ipsius Dei existentiam persuadere possis. Prima hæc est, datur prima aliqua rerum omnium causa per se, & essentialiter existens: atqui talis causa debet esse ens aliquod necessarium, infinitum, æternum, vno verbo Deus, ergo de facto datur Deus. Minor facilè ostenditur, prima illa causa à nulla alia est, & à nulla alia dependet, sed seipsa ac per existentiam existit, idque ab omni æternitate, alioquin cœpisset existere, sicque minimè prima esset, ergo prima illa causa debet esse ens necessarium, infinitum, æternum, vno verbo Deus. Maior verò ab incommodo probatur, si non detur prima illa rerum omnium causa, dabitur progressus infinitus, cùm enim res non sint à se, ab alia causa superiori esse debent, hæc rursus ab



alia, & ita in infinitum, quod philosophi vnanimi-  
ter reiiciunt.

Secunda ratio petitur à pulcherrimo vniuersi or-  
dine, qui surdâ voce, valdè tamen intelligibili Deû  
opt. max. authorem suum & gubernatorem palam  
omnibus testatur; omnibus quidem, quia vt regiè  
Regius Propheta, *Non sunt loquela neque sermones  
quorum non audiantur voces eorum.*

Tertia demonstratio desumitur ex studio homi-  
num ad virtutem, quod inane esset, si non daretur  
Deus bonorum remunerator, & impiorum acerri-  
mus vindex.

Sumitur item ex naturali inclinatione hominum  
ad beatitudinem, non istam tantum imperfectam,  
& adumbratam, terrenam intelligo quæ non habi-  
ta, desiderium mouet, habita verò in fastidium ver-  
titur, sed superiorem aliquam quæ nostrum appeti-  
tum ad maiora perpetuò anhelantem abundè re-  
plere possit, qualis beatitudo solus est Deus, iuxta  
illud citatum D. Bernardi in moralibus: *Auida mens  
hominis creatis rebus occupari, satiari non potest, ergo capa-  
cem Dei animam quicquid Deo minus est, non implebit.*

Accedit denique scripturæ sacræ authoritas, sibi-  
que perpetuò consentiens patrum omnium senten-  
tia, quibus omnibus refragari summa impietas, im-  
pia temeritas, & temeraria præsumptio.

### QVÆSTIO TERTIA.

#### *De Essentia Dei.*

**D**Vobus modis Dei Essentiam possumus inue-  
stigare, vel positiuè asserendo quid sit, vel ne-  
gatiuè dicendo quid non sit; atque hic posterior

modu  
suerit

culum  
cogn

Vn

plican

gere, a

planè

ue ex e

Ref

positio

ri debe

dicit re

ergo di

inuolu

Con

debet e

Deus c

tibus q

De

**V**E  
m

quàm a

sentia D

Primu

fendi ne

& D. Iac

itudinis

Faue



modus longè nobis facilior est, cum enim Deus posuerit tenebras latibulum suum, & in nube tabernaculum suum, scitur potius docta ignorantia, quàm cognoscitur indocta temeritate.

Vnicam hic difficultatem ad Dei essentiam explicandam pertinentem operæpretium est adiungere, an ita simplex sit diuina essentia, vt omnem planè compositionem siue ex materia & forma, siue ex essentia & existentia remoueat.

Respondeo affirmatiuè, proboque, omnis compositio dicit imperfectionem, ergo à Deo remoueri debet. Antecedens probatur, omnis compositio dicit rem fieri ex imperfectis, nempe ex partibus, ergo dicit imperfectionem, nam pars quatenus pars inuoluit imperfectionem.

Confirmatur, quicquid componitur ex partibus debet esse posterius naturâ ipsis partibus, ergo si Deus componeretur esset naturâ posterior ipsis partibus quibus componeretur, quod dici non potest.

QVÆSTIO QVARTA  
ET POSTREMA.

*De veluti affectionibus & proprietatibus Dei.*

**V**eluti dixi, quoniam ea de quibus dicturi sumus, potius dicenda sunt diuina attributa, quàm affectiones vel proprietates, cum sint de essentia Dei.

Primum quod occurrit est immutabilitas, seu essendi necessitas, Malachiæ 3. *Ego Deus & non mutor:* & D. Iacobi 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

Fauet ratio, illud est simpliciter & absolutè ne-



cessarium quod neque ab intrinseco neque ab extrinseco destrui, immutariue potest, atqui Deus huiusmodi est, quia imprimis à nullo extrinseco dependet, & sic ab eo mutari non potest: deinde verò cum sit longè purior Angelis, & simplicior nullum intra se agnoscit mutationis principium, ergo, &c.

Confirmatur, quicquid mutatur, aut mutatur amittendo quod habebat, aut acquirendo quod non habebat, neutrum de Deo affirmari potest, ergo, &c.

Probatum minor secundum utramque partem, quod aliquid amittit, postquam illud amisit, minus perfectum est, quàm antea esset, & quod aliquid acquirit, postquam acquisiuit, redditur perfectius, sed implicat Deum aut fieri imperfectiorem, aut fuisse perfectiorem, ergo, &c.

Secundum attributum est infinitas, Psal. 144. *Magnitudinis eius non est finis: Baruch. 1. Magnus est, & finem non habet.* Accedit ratio, omnino finito aliud maius, & perfectius dari potest: atqui Deo nullum ens perfectius assignari potest, ergo, &c.

Tertium est immensitas, Isaiaë 66. *Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum.*

Quartum est vnitas, Deuteron. 36. *Videte quia ego sum solus, & non est alius præter me.*

Alia sunt attributa penè innumerabilia, veritas, bonitas, sapientia, scientia, prouidentia, &c. de quibus si placet audieris Theologos, & habebitis breuem breui tempore summam, & compendiosam tractationem.

Hæc de Deo, in cuius nomine, & numine hoc laboris plenum opus, & industriæ absoluimus. Superest, vt pro immortalis beneficio Deo immortalis gratias habeamus immortales: animum dedit incipien-

ti, vir  
cem  
manu

Hæc  
&



ti, vires addidit progredienti, operis nunc ad cal-  
cem feliciter perducti fructum legentibus plena  
manu impertiatur.

*Vniuersæ Philosophiæ finis.*

Hæc omnia sano Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ,  
& Romanæ matris meæ iudicio, & censuræ  
humiliter submittimus.





INDEX RERVM MEMO-  
rabiliū, quæ in hoc Metaphysicæ  
libello continentur.

A.

- A**ccidens, & qualis sit eius conceptus, & an ab inferioribus accidentibus sit ratione simpliciter precisus, & utrum inherētia sit de ipsius essentia. 106. 107
- Actus nomen multifariam usurpatur. 100
- Actus & potentia multiplex acceptio. ibid.
- Aliquid, duobus modis potest existere. 53
- Angeli nomen non natura, sed officij est. 108
- Angeli sunt plures, sed numerus illorum non constat. 109
- an Angeli res omnes per species, vel proprias substantias intelligant. 120.
- quomodo producantur species illæ in eis. 121
- an Angeli per unicam speciem multa simul intelligant. 122
- Angeli quomodo cōstituantur in loco. 114. an motus localis sit in illis. 116
- Angeli pertinent ad obiectum metaphysicæ. 6
- Angeli compositi sunt ex genere & differentia. 110. utrum ex materia & forma compositi sint. ibid.
- in Angelo utrum detur intellectus. 116. quid cognoscere potest. ibid. & seqq. utrum discursus in eo reperiat. 122
- Angelorum existentia. 108
- Angelorum affectiones. 113. utrum omnes distinguantur specie. ibid. & seq.
- Angelus utrum possit ab una extremitate spatij, ad aliam extremitatem impertransito medio moveri. 116
- Anima rationalis prius intelligitur

tellig  
proa  
vni  
betu

an B

94

C

divisi  
Conceptu  
vtru  
rum  
velut  
dat,  
precij  
& seq  
Conceptu  
vtru  
plicit  
sus.  
Conceptu  
vtru  
sus à  
seu an  
distinc  
seq.  
Conceptu  
76  
Contingen  
99



## Index.

telligitur per creationem  
producta, quàm corpori  
unita 60. quomodo pro-  
betur. . . . . ibid.

### B

**B**onitas sit adæqua-  
ta entis proprietates.

94

### C

**C**onceptus nomen &  
existentia 71. eius  
diuisio. . . . . 67

Conceptus entis essentia 68.  
vtrum proprias inferio-  
rum entium rationes ac  
veluti differentias inclu-  
dat, an verò sit ab illis  
præcisus & vnum. ibid.  
& seq.

Conceptus entis obiectiuus  
vtrum sit ratione sim-  
pliciter vnus, & præci-  
sus. . . . . 71.72

Conceptus entis obiectiuus  
vtrum sit reipsa præci-  
sus à suis inferioribus,  
seu ante mentis operam  
distinctus. 73.74.75. &  
seq.

Conceptus entis affectiones.

76

Contingentia, & an detur.

99

### D

**D**Ei nomen & existen-  
tia 122.123. eius es-  
sentia duobus modis po-  
test inuestigari. . . . . 124

Dei essentia an ita simplex  
sit, vt omnem planè com-  
positionem siue ex mate-  
ria & forma, siue ex es-  
sentia & existentia re-  
moueat. . . . . 124.125

Dei attributa & propieta-  
tes. . . . . 125.126

Differentia specifica & in-  
diuidualis discrimen. 90

### E

**E**NS dupliciter usur-  
pari potest 17. eiusdem  
varia acceptio. . . . . ibid.  
supra ENS, quid addat vnum  
85

ENS respectu Dei & creatu-  
rarum habet cognitionis  
principia. . . . . 30.31

ENS vtrum prædicetur de  
differentijs vltimis & in  
illis includatur. . . . . 78

ENS nomen, & existentia.  
proprietatum eius 79.  
sunt in duplici differen-  
tia. in seq.

ENS tres sunt verè in-

I



## Index.

- complexæ proprietates. 80  
Entis essentia, & affectiones proprietatum eius. 82. 83  
Entis diuisio multiplex. 18  
Entis variæ diuisionis interpretatio. 19. & seq.  
Entia rationis non sunt de obiecto Metaphysica. 8  
Entia per accidens, ut sic, non habent locum directe in obiecto Metaphysica. 9  
Entitas differt ab essentia 63. in quibusnam rebus tribui possit 64. reperitur in rebus materialibus. & corporeis. ibid.  
Entitas reperitur in ijs accidentibus. spiritualibus, quæ vel intensiorem, vel remissionem suscipiunt 65. rebus spiritualibus similiter conuenit. ibid.  
Essentia duplex 42. eius existentia probatur. ibid. & seq.  
Essentia essentię quæ sit 48. eiusdem affectiones. ibid. & seq.  
Essentiæ existentia bifariam quæri potest. 42. 43  
Essentiæ nomen, & eius varia acceptio. 42  
Existentiæ quid sit 54. & seq. eius affectiones. 61  
Existentiæ nomine quid intelligunt Philosophi 52. in quo subiecto recipiatur. 52  
Existentiæ causa efficiens quæ sit. 53
- F
- F**alsitas utrum detur 93. in quibusnam rebus inueniatur. ibid.  
Falsitas non conuenit rebus per ordinem ad diuinum intellectum, siue speculatiuum siue practicum 93. 94. quomodo veritati opponatur 94. unde oriatur. ibid.
- G
- vera **G**enera distinctionum assignantur difficile, & quæ ratione. 95. 96  
Genus omne contrahi debet ad sua inferiora per veras differentias. 76  
Genus & differentia distinguuntur ex natura rei. 77
- I
- I**gnis inferni actio in demones & animas agentis. 112

Indiu  
dup

M

nob  
min

Metap

prop

Metap

Metap

cula

Metap

sic

An

Metaph

dat

sing

tion

Metaph

tia

Metaph

tia

scrib

de Meta

tia

ra

N

effici

cessa

P

Ote

ti



Index.

Individuationis principium duplex constituitur. 89

M

**M**etaphysica palma assimilatur i. eius nobilitas, diuersaque nomina. 2. 3

Metaphysica est vera & propria scientia. 13

Metaphysica est sapientia. 3. 4

Metaphysica est scientia speculatiua. 5

Metaphysice obiectum quod sit 5. ad eius obiectum Angeli pertinent. 6

Metaphysica utrum descendat usque ad speciales singulorum entium rationes 11. & seq.

Metaphysica est una scientia specie. 14

Metaphysica cuiuslibet scientiae suum obiectum praescribit. 15. & seq.

de Metaphysica obiecto entia rationis non sunt. 8

N

**N**ecessarium, & an detur aliqua causa efficiens creata quae necessario agat. 99

P

**P**otentia agendi & patiendi, & eius definitio

101. an adequatè diuidatur in actiuam & passiuam. ibid.

Potentia resistendi duobus modis consideratur, in seq. an aliqua dari possit, quae simul actiua sit, & passiuam. 101. 102

Potentia indifferens utrum detur. 103

de Potentia obedientiali disputant Theologi. 103.

104

Principia complexa, & quae cognitionis vocantur, explicantur. 35. & seq.

Principium in uniuersum duplex, rei & cognitionis. 30

ad Principij rationem duo sunt necessaria. 29

Principij rei multiplex diuisio. 30

Principiorum essentia quomodo explicatur. 34

Principiorum complexorum essentia & affectiones. 39. 40

S

**S**ubsistentia quid, & eius varia acceptio 56. eius essentia explicatur. 57

Subsistentia definitio com-



## Index.

- munis. 57
- Subsistentia & suppositum  
possunt esse diuisibilia 59
- per Subsistentiam habet sub-  
stantia realiter vt non sit  
in alio. 62
- Substantia an sit prior co-  
gnitione accidente. 105.  
106
- Suppositum addit aliquid  
supra naturam singula-  
rem. 61
- Suppositum non addit tan-  
tum supra naturam sin-  
gularem negationem ali-  
quam. 62
- Suppositi distinctio à natu-  
ra singulari. 61
- V
- V**erbum diuinum in  
assumpta humanitate
- suppleuit aliquid reale,  
& non solam negationem  
62
- Verum, quid. 91
- Vnitatis est vnum ex diuinis  
attributis. 87
- Vnitatis affectiones qua.  
89
- Vnitatis nomen & existen-  
tia 84. an illa sit ada-  
quata entis proprietas.  
ibid. & seq.
- Vnum, quid addat supra  
ens. 85
- Vnum addit supra ens ne-  
gationem diuisionis in se.  
86
- Vnum formaliter dicit vni-  
tatem. 87

FINIS.



